

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-662236-p0002-1

DFG

B7

DISSE^TRATI^O
INAUGURALIS JURIDICA
DE
JURE VISITANDI ECCLESIAS
Quoad temporalia Episcopis Germaniæ
ex observantia competente

382
QUAM
UNA CUM SELECTIS EX OMNI JURE THESIBUS
EX INDULTU INCLYTÆ FACULTATIS JURIDICÆ
IN ALMA UNIVERSITATE MOGUNTINA


SINE PRÆSIDE

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS & PRIVILEGIIS
RITE CONSEQUENDIS PUBLICÆ ERUDITORUM CENSURÆ
SUBMITTIT

P 382
FRANCISCUS JOSEPHUS IGNATIUS DE LINDEN,
CAN. DOMICELL. AD S. S. PETRUM & ALEXANDRUM
ASCHAFENBURGI

AUTHOR & RESPONDENS.

DIE JANUARII MDCCCLXXXV.



M O G U N T I A E,

Ex Typographia Elect. Aul. Acad. privil. apud Joan. Joseph. Alef,
Hæred. Hæfner. 1785.

LITERATUR

AN DER UNIVERSITÄT ZÜRICH.

JURIS AVANTIALE ECOLE
CENSUS 1780. LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF ZURICH.
G. G. H. LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF ZURICH.

1780. LIBRARY
CENSUS OF THE UNIVERSITY OF ZURICH.
LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF ZURICH.
LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF ZURICH.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF ZURICH.
LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF ZURICH.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF ZURICH.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF ZURICH.
LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF ZURICH.

MULTISSIMO EMINENTISSIMO AC CELSISSIMO
PRINCIPI ET DOMINO
DOMINO
FRIDERICO CAROLO
JOSEPHO
SANCTÆ SEDIS MOGUNTINÆ
ARCHIEPISCOPO
S.R.I. PER GERMANIAM
ARCHICANCELLARIO
ET
PRINCIPI ELECTORI
EPISCOPO AC PRINCIPI
WORMATIENSI
DOMINO, DOMINO MEO CLEMENTISSIMO,
PRINCIPI
PIISSIMO, JUSTISSIMO ET CONSTANTISSIMO,
PATRIÆ PATRI OPTIMO

PUBLICARUM SCIENTIÆ & VIRTUTIS SCHOLARUM
GYMNASIORUM
ET TOTIUS
ACADEMIAE
RESTAURATORI AUGUSTO

PRIMITIAS SUI LABORIS ACADEMICI
SUMMA, QUA PAR EST, VENERATIONE
DICAT, DEDICAT, CONSECRAT

Servorum infimus

FRANCISCUS JOSEPHUS IGNATIUS
DE LINDEN

A U T H O R.

DE
JURE VISITANDI ECCLESIAS
Quoad temporalia Episcopis Germaniae
competente.

INGRESSUS.

§. I.

- I. Secundum principia J. P. Ecclef. univ. §. 2.
II. Secundum perpetuam Ecclesiæ praxin

A) Generalem

- a) Ecclesiæ orientalis, æque ac
b) Ecclesiæ occidentalis §. 3.

B) Specialem Ecclesiæ germanicæ praxin

A) in Conciliis

a) nationalibus

- α) Sæculi VI. §. 4.
β) - - VII. §. 5. 6. 7.
γ) - - VIII. §. 8.
δ) - - IX. §. 9. 10.
ε) - - X. §. 11.
ξ) - - XI - XV. §. 12.
θ) - - XVI. §. 13.

b) provincialibus speciatim

α) Moguntiæ

β) Treviris & alibi habitis. §. 13. 14. 15.

B) in corpore decretalium

C) Chartis visitatoriis diæceseos moguntinæ

D) in constitutionibus Imperii tum

- a) in antiqua formula reform. CAROLI V. tum
b) in Capitulatione noviss. JOSEPHI II. fun-
datam.



URKE AESTIATANBUN HOCLESIA
Quod permodicis hyscibzis Gsuum
complectit

E N G L E S S U A

- (A) Comptatione
(B) Tocatis oculum, non ea
(C) Vtq; coquimur
(D) Specieas tollere, tam
(E) in Conuile

(F) Sunt
IV. & 4.
V. & 5.
VI. & 6.
VII. & 7.
VIII. & 8.
IX. & 9.
X. & 10.
XI. & 11.
XII. & 12.
XIII. & 13.
XIV. & 14.

(G) Invenientur

(H) Mognitio

(I) Tertius et quattuor

(J) In certiora probantur

(K) Quatuor interpellare possunt

(L) in conuictuonicaria Iudicium non

(M) in legibus Iurium sepolo, Cavalet, &c. non

(N) in cibis ieiunio non

(O) in cibis ieiunio non

(P) in cibis ieiunio non

(Q) in cibis ieiunio non

(R) in cibis ieiunio non

(S) in cibis ieiunio non

(T) in cibis ieiunio non

(U) in cibis ieiunio non

(V) in cibis ieiunio non

(W) in cibis ieiunio non

(X) in cibis ieiunio non

(Y) in cibis ieiunio non

(Z) in cibis ieiunio non





X N G R E S S U S.

DE ORIGINE, EXISTENTIA, FINE BONORUM ECCLESIASTICORUM.

§. I.

Instituta a Christo societate christiana, in qua peculiare hominum genus electum, quibus divinus christianæ religionis Conditor munus docendi, baptizandi, cœnam, sacrificiumque novæ legis celebrandi, potestatem ligandi, ac solvendi, verbo: regendi Ecclesiam, omnemque cultum liturgicum administrandi concedidit, planum est ex ipso recte rationis lumine, Christianos obstringi, ad sumptus tum in sustentatione ministrorum, tum iu extero religionis exercitio necessarios suppeditandos.

Hanc obligationem jam agnoverunt piæ illæ, & opulentæ mulieres, aliquæ, qui ab initio Christum secuti, eundemque cum Apostolis, in Palestina docentem, suis servitiis, & eleemosynis adjuverunt. Landem inculcavit Christus MATTH. X. 10. pronuntians dignum esse operariorum mercede sua. Cui consonat Apostolus

A 2 I.

I. CORINTH. IX. inquiens: *Quis militat suis stipendiis unquam?... ite & Dominus ordinavit iis, qui Evangelium annuntiant; de Evangelio vivere &c.*

Primit temporibus sustentabantur Ecclesiæ ministri, sumtusque in cultu religionis externo promebantur ex quotidianis liberalibusque fideliū oblationibus sive prædiis, bonisque, ut vocant, immobilibus, utpote quorū pretia, pecunias permutata, saltem Hierosolymis ante Apostolorum ponebant pedes.

Sed minime consultum visum est aucto Christianorum ac Ministrorum numero, impensarumque necessariarum copia, præsternit post Constantini M. tempora, rem omnem quotidiane & incertæ, ac interdum remissa fideliū liberalitati permittere, unde minime a religionis christiana perfectione visum est, etiam prædia ac fundos admittere, eosque in perpetuum retinere; quæ quidem interdum ab ipsis Christianorum communitatibus, interdum ab uno ex locupletioribus, vel ab ipsis Principibus, sunt his sacris usibus consecrata; nullo, quantum ad rem, discrimine, cum hac ratione sufficientibus ad cultum divinum, & congruam Ministrorum almoniam reditibus, aliunde suppeditatis cestet æque in singulis obligatio ex propriis eodem alendi, ritibusque liturgicis prospiciendi. Nihilominus constitutis etiam fundis, stabilibusque Ecclesiæ reditibus retenta diu aliqua species primævæ obligationis, consuetudinisque in spontaneis saltem ad sacrificium Missæ levioris momenti oblationibus, que adhuc post seculum XIII. in quibusdam Synodis præcepta, in Tridentino duntaxat commendata, hodie maximam partem sunt abolite. Taceo de decimis adhuc hodie usitatis, utpote quæ non ad spontaneas contributions, sed ad bona stabilita spechant.

Quemcunque respiciamus rerum statum, sive illum, ubi Ecclesiæ proventus fatis constabant liberalibus oblationibus, sive illum ubi jam antecesserant fundi, & bona stabilita, queritur, penes quem suæ natura, & ex perpetua Ecclesiæ praxi fuerit suprema illarum rerum administratio, aut saltem cura, jusque inspeciendi, vigilandique ac prospiciendi, nequid Ecclesiæ, cultus divinus, sacrorumque Ministri danni paterentur.

§. II.

SECUNDUM PRINCIPIA J. P. ECCLES. UNIV.

Episcopi, qui positi sunt regere Ecclesiam Dei, ex natura regiminis ecclesiastici complexum jurum tenent, (NETELBLADT Syst. elem. univ. Jurisp. Natur. §. 864. 357) quæ tanquam media ad cultum divinum conservandum ac promovendum necessaria sunt. (*) Hæc jura, una cum juribus dignitati Episcopali adnexis, (quæ comprehensis) ad quatuor classes reduci solent, ad jura ordinis, jurisdictionis, legis diœcesanæ, ut & status sive dignitatis (SCHMIDT I. j. eccl. P. II. C. I. Sæc. V. Art. I. §. CXVI.). Inter jura jurisdictionis præcipua numerandum est jus visitationis (**), quo Episcopi vi supremæ sua inspectione adeo necessario pollent, ut absque destructione regiminis Ecclesiastici iis denegari nequeat. Ambitus autem hujus juris duobus absolvitur objectis, spiritualibus, & temporalibus Ecclesiæ visitandæ: prætermis spiritualibus modo principia universalia investigemus, ex quibus Episcopo diœcesin visitant circa temporalia inquirere ac cognoscere liceat.

A 3 I.

(*) Ex Illustri illa Camera Imp. pretensione: "Dass die Untersuchung der Klösterlichen Temporalien nicht dem Erzbischofe als Metropolitan, sondern dem f. N. K. Ges. richte allein gebüre." prono alveo fluere, cuique videbitur, Episcoporum Germ. potestatem visitandi ad mere spiritualia restringi; istud principium abstractum huic Dissertationi ansam præbuit: cuius igitur Crimonem non circa jus visitandi quoad temporalia Episcopis Germ. vindicandum versatur. Prætermis igitur iuribus Imperatori, Dominis territorii, nec non Advocatis Eccles. circa visitationem competentibus, ex observantia duntaxat demonstrandum suscepit, & Episcopo Germ. circa temporalia visitare, iustum atque licitum esse.

(**) Authores, qui de jure visitandi Ecclesiæ generatim scripsere, vide in BOEHMERI J. Eccl. Part. III. Lib. 3. tit. 39. §. 1. quibus addi possunt VAN ESPEN J. E. T. 1. P. I. T. 17. Acta Eccl. Mediolanensis a S. CAROLO Cardinali S. Praed. Archiepiscopo condita, Frederici Card. BORROMEI iussu &c. Patavii 1754. quæ acta præsul Trident. sicutum ORAMER observ. T. 6. observ. 1433. DITTERICH primæ lineæ J. P. Eccl. Epoch. V. Aff. 4. 6. 9.

6

I. Episcoporum potestas in ordine ad finem Ecclesiae consequendum spectata, ex principiis universalibus dijudicanda, iisdem finibus regitur, quibus potestas secularis ac civilis, respectu ad salutem civitatis habito circumserbitur. Cultus igitur divini causa Episcopi est, & curare nequid in ejus detrimentum præcipue ab illis suscipiatur, quibuscum curam regiminis sua Ecclesia divisit: & & ut cultus divinus de die in diem magis promoveatur. Neutrū autem horum obtineri poterit, nisi Episcopus jure inspectionis quoad Ecclesiam visitandam gaudeat, & ei Parochiam, vel ut hodie vocant Diœcesin suam circumeunti, omnium eorum, quæ in Ecclesia ipsi ad regendum commissa peraguntur, & in finem Ecclesiae influere possunt, exactam petere notitiam licet: nisi Episcopus de administratione dotis Ecclesiae rationes exigere queat, cum dote exhausta omnis Ecclesia pereat, ad quam conservandam positus est: ne dote Ecclesiae male administrata, sumptus in cultum divinum, sustentationem Ministrorum, exstructionem vel conservationem sacrarum ædium e patrimonio Ecclesiae erogandi deficiant.

II. Episcopus de vita & honestate Clericorum vi muneric a Christo ipsi demandati, inquirere tenetur, sed ad quid cura ista pastoralis, nisi de mala proventuum administratione, reddituum que dispensatione tanquam primo omnis luxuriae, omnisque irregularitatis fonte cognoscere ac statuere possit? nisi Ecclesiam, ut Gregorius M. ait, a tali peste mundare queat? Ad quid cura pastoralis, si fundatio, si dos Ecclesiae, cui omnis disciplina superstructa est, perierit?

III. Episcoporum potestas intuitu sua Diœceseos generalis ac illimitata dicenda haud foret, si pars disciplina ecclesiasticae politica eorum facultati cognoscendi, & statuendi subtracta esset, & proin luxuriam, prodigalitatem haud eradicare, & parsimoniam simplicitatemque clericalem restituere non posset.

IV. Potestas ecclesiastica, quæ penes Episcopos residet, & jura Ecclesiae primigenia, & contracta compleuditur, quorsum & temporalia Ecclesiarum referenda sunt, (NETTELBLADT I.c. §. 396. 892. 1497.)

V. Sicut ex fine reipublicæ civilis, jura potestatis civilis circa sacra dantur, quæ liturgiam pro objecto habent (NETTELBLADT §. 1495.)

§. 1495.) ita ex fine Ecclesiae jura potestatis ecclesiastice secularia dentur necesse est, quae eatenus administrationem temporalium Ecclesiae visitandæ pro objecto habent, quatenus jura reipublicæ non laeduntur, & salus Ecclesiae requirit.

§. III.

SECUNDUM PERPETUAM ECCLESIAE PRAXIN.

a) Generalem

a) Ecclesiae orientalis

b) Ecclesiae occidentalis.

Erat hæc in Christi Ecclesia tribus seculis perpetual praxis, ut rerum ecclesiasticarum non tantum suprema cura, & inspectione, sed ipsa etiam administratio saltem per Diaconos delectos, esset in manibus hierarcharum, id, quod novissima Apostolorum septem Diaconos, Sixtique Romani Pontificis B. Laurentium hunc in finem constituentium exempla, ipsique apostolici Canones demonstrant (*). Nihil tum juris sibi imperantes, aut vindicarunt, aut vindicare poterant. Nonnum erat heteria legitima cum consensu principum recepta aut jure civilis domicilii gavisa; unde nil ea spectabat ad civilem societatem. At postquam sub CONSTANTINO M. fuit reipublicæ innexa, & inter heterias licitas membra collegiaque societatis civilis connumerata, etiam jus protectionis & advocacyæ specialis, tum respectu ipsius cœtus, tum intuitu bonorum ad ejus usus destinatorum fuit extensus, quod haud dubie involvit jus quoddam majestaticum recte eorundem administrationi invigilandi.

Id enim & munus Advocati, & recta ratio postulat; cum bonus hisce dilapidatis, vel alio extra territorii fines translatis, aut cefare debeat cultus religionis publicus, sacramque ministerium suis in ditionibus, aut saltem in usus necessarios novis contributionibus vel a populo, vel a principibus fit succurrentum.

Nihil.

(*) Can. Apoll. 40. 41. (Gesetzliche und katholische Meliorationen sind zu unterscheiden)

Nihilominus si sacræ antiquitatis attente evolvimus monumen-
ta, deprehendimus, etiam post Constantini tempora plenam bono-
rum ecclesiasticorum curam, & de iis disponendi facultatem solis
Episcopis esse relictam. Ex quo primum est colligere, imperan-
tes Christianos semper persuasos fuisse, supremam illam circa redi-
tus ejusmodi potestatem ac solicitudinem a nemine rectius geri,
quam ab iis, qui ratione officii ab ea prorsus excludi nequeunt, &
integerrimæ gubernationis spem faciunt, adeoque induclos fuisse,
ut etiam suæ jurisdictionis concurrentis partem, qua alioquin Ma-
jestati est propria, vel tacito, vel diserto consenserit in eos transfer-
rent. Id quod & in Ecclesia orientali & occidentali factum fuisse
ex historia dicimus. Pro oriente testis praeterea idoneus est Im-
perator Justinianus, qui suis constitutionibus (*) & administratio-
nem, & plenam circa bona ecclesiastica dispositionem ad mentem
ævi apostolici (**) agnoscit in Episcopis. Accedunt sensa Concilio-
rum jam inde a seculo IV. celebratorum, & a christianis Princi-
pibus sine exceptione pro legitimi agnitorum, scilicet Gangrenis
circa annum 330. (***) Antiocheni anno 341. (****) Calce-
donensis an. 345. Quamvis in hac postrema synodo mutatio quæ-
dam sit facta, (*****) & postea introducta celebris illa in quatuor
(*) Vid. Nov. 46. Tit. 1. Nov. 123. C. 3. Nov. 131. C. II. &c.
(**) Act. Ap. 6. THOMASSIN. disciplinæ eccles. ancienne & nouvelle T. 3. Liv. 1.
Ch. 1. VAN ESPEN J. E. T. 1. P. II. Tit. 32. C. 2. de divisione Bonorum.
(***) Can. 7. & g. HARDUIN. Collect. C. C. reg. T. I. Col. 535.
(****) Can. 24. HARDUIN I. c. Col. 603. Episcopo soli omnis temporalium Eccle-
sie cura ac administratio committitur. THOMASSIN. T. III. Liv. 2, Ch. 1. NA-
TALIS ALEXANDER Hist. Eccl. T. V. de bonis Ecclesiariis.
(*****) Concilii Calcedonensis mentionem facio, quod hoc quondam administrationem bono-
rum Ecclesiasticorum epocham facere videatur; quamvis enim illa usque ad annum
451. passim relata fuerit ipsi Episcopis, tamen nunc ad exemplum quarundam Ec-
clesiarum statuente hoc Concilio Can. 26. administratio ex ratione, in Canone di-
cto, adducta in eorum transferrebat; potestas igitur Episcoporum, circa ad-
ministracionem temporalium immunita quidem, propter subiectam tamen clausulam
(ut eorum juxta sententiam Episcopi bona administraret) iis admota sicut negavit.

91

partes redditum divisio. (*) Perpetuo igitur istorum saeculorum Episcopi redditum bonorumque ecclesiasticorum administratores ac dispensatores plena cum potestate inspiciendi sunt habiti. Quæ ut magis firmentur, sufficiat testimonium S. Gelasii P. qui in epistola 10. dicit: præsumitur autoritas nostrorum emanavit ut facultates Ecclesiarum Episcopi ad regendum habeant potestatem; sic & Concilium Toletanum III. Can. 3. 6. 10. dum de bonis Ecclesiæ loquitur, innuit omnia secundum constitutionem antiquam ad Episcopi ordinationem, & potestatem pertineant. (**) Hæc externæ Ecclesiarum Italiæ, ac Hispania Politia principia in Germania etiam recepta sunt, & constitutionibus RR. PP. & Imperatorum & Conciliorum decretis firmata fuere.

§. IV.

b) Specialem Ecclesiæ Germ. praxia

A) in Conciliis

a) nationalibus

*) Saeculi VI.

Si ad Synodum Aurelianensem primam, (****) quæ 511. Clodoveo I. convocate (****) ad fundandam Ecclesiam celebrabatur, recurramus, juxta sanctionem Canonum, ad quos provocatur, potestatem episcopalem ratione honorum Ecclesiarum plenissimam reperimus; "de iis, Can. XV. dicitur, quæ parochiis in terris, vineis, mancipiis atque peculiis quicunque fideles obtulerint,

B. ,,, an-

(*) VAN ESPEN T. I. P. II. Tit. 18. C. 1. Tit. 32. C. 6. THOMASSIN. ib. P. 3.
Liv. 2. Ch. VII.

(**) Vid. C. HISPALENSE C. 8. 9. C. Toll. IV. C. 48. THOMASSIN. ib. Ch. V.

(****) In HARDUINI Collectione C. C. regia T. II. p. 1015.

(*****) Vida epistola ipsius Synodi ad Clodoveum: "Rege Christianissimo convocante, , rerum decernendarum Capita Patribus proponente &c."

„antiquorum Canonum Statuta serventur, ut omnia in Episcopi potestate consistant.“ Quorsum & dispositio Concilii Epaonensis Anno 517. celebrati (*) referenda est, qua præbyteris forma emendi vel vendendi bona ecclesiastica præscribitur, addita clausula: „ut quidquid sine Episcoporum notitia venditum fuerit, ad potestatem Episcopi revocetur,“ quod eodem Concilio Can. 12. de Episcopis respectu ad metropolitas habitu afferitur. Hinc & nemini defuncto Episcopo de rebus Ecclesiæ quidquam presumere licuit, ut Can. 16. Concilii Ilerdensis, & Can. 2. Concilii Valentini Anno 524. celebrati expresse statutum legitur; unde intellectu facillimum est, cur Gregorius Turonensis (**) clericum illum maxime arguerit insolentiae, qui defuncto Episcopo facultates Ecclesiæ, tanquam si jam Episcopus esset, occupaverat; Concilio Aurelianensi III. de Anno 528. (***) Abbatibus, presbyteris, aliisque de rebus Ecclesiæ alienare quidquam absque permisso & subscriptione Episcopi sui interdicitur, imo siquid quidam alienaverit, „regradetur communione concessa, & quod temere presumptum aut alienatum est, ordinatione Episcopi revocetur“ ut verba Concilii Aurelianensis IV. Can. 25. de Anno 541. afferam (****) nullus res Ecclesiæ contemto Pontifice (******) petere, aut occupare præfumat: quorunq; & dispositio Concilii Aurelianensis V. de An. 549. referenda est, quæ eadem prohibitione repetita contravenientem a liminibus Ecclesiæ.

(*) HARDUIN. ibidem p. 1049.

(**) GREGORII TURONENSIS Lib. 2. C. 23. THOMASSIN. P. III. Liv. 2. Ch. V.

(***) HARDUIN. T. 2. pag. 1427.

(****) HARDUIN. 2. C. T. 2. pag. 1436.

(******) Ne quis ex istis verbis prætensiones curia romana in medio xvo defendere conetur, cum Nomen Papa omnibus Episcopis urbium communione fuerit, ut ostendit BINGHAM in orig. eccl. & Episcopi Germanicæ etiam Pontifices appellati fuerint, quod optime ex R. DAGOBERTI præcepto de episcopali dignitate Cadurcæ urbis conlata Defiderio Thesaurario probatur. Vid. Baluz in Capit. RR. Francorum T. 1. pag. 141.

clesiae (*) arcet, donec alienata restituta fuerint; quique Canones in Synodo Averneni II. eodem anno celebrata denuo confirmati, (**) decretione Childeberti R. circa annum 595. corroborantur, qui excommunicationi Episcoporum effectus civiles tribuit: (***) "qui Episcopum suum noluerit audire, ait ille, & excommunicatus fuerit, perennem condemnationem apud Deum sustineat, & insuper de palatio nostro sit omnino extraneus, & omnes facultates suas amittat, qui noluit sacerdotis sui medicamenta sustinere."

S. V.

Aucto Ecclesiarum patrimonio (****) Episcopi onus administrationis in Archidiaconos præcipue devolvere, jure tamen inspectionis sibi salvo retento, cum ea tantum conditione clericos istos administratores constituerint, ut ipsis singulis annis de officio suo rationes redderent, (*****) quas Episcopi, clero in loco immunitatis integro fere recluso, singulis annis in Synodo tempore quadragesimali habita, (******) crescente vero illo omni anno diecessin visitantes receperere, quidquid ipsis in Capitularibus RR. Francorum

B. 2 corum

(*) HARDUIN. Tom. 2. p. 1446.

(**) HARDUIN. ibid. p. 1451.

(***) BALUZIUS in Cap. RR. Francorum T. 1. p. 17. Schmidts Geschichte der Deutschen. I. B. S. 324.

(****) Causa incrementi patrimonii ecclesiarum vid. Schmidts Geschichte der Deutschen I. B. p. 127. Ex formulis Marculfi lib. 2. form. 1. 2. 3. ut & formulis Sirmoidicis form. 1. in Baluzii Capitul. RR. Francorum T. 2. p. 469. quibus addi potest L. Alemanorum Cap. 1. 2. S. Dagoberti R. Capitulare 2dum in Baluz. I. cit. T. 1. p. 57. & L. Bajuvariorum C. 1. Baluz. ibid. p. 96.

(*****) THOMASSIN. discipline Eccl. ancienne & nouvelle P. III. Liy. 2. Ch. V.

(******) Regino de disciplinis Eccl. libri duo cum notis Rigeri, Lib. 1. n. 5. Idem tractatus absque notis insertus in coll. Cone. Germ. T. II. Sac. X. BOEHMER. J. eccl. Prot. T. 3. Lib. 3. Tit. 39. §. 35. WÜRDWEIN de Archidiocesi mog. T. 1.

corum, ut & Canonibus Conciliorum injunctum fuit; (*) nunc quoque episcopi, ad quorum ordinationem omnis dos (**) ecclesiastarum pertinet, administrationem temporalium ad præcipua visitationis sua objecta referebant, & hæc jura tacito ac expresso Imperatorum ac Regum Germanorum consensu in illos translata (§. 1. 2.) omni modo conservare allaborabant. Hinc nulla Synodus, nullum Concilium, quo ipsius potestatis Episcoporum circa administrationem temporalium mentio fiat: hinc tot Capitularia, quæ Episcopis hæc jura denuo confirmant, unde etiam sacerdotum 7mum & 8vum hæc disciplina Ecclesiarum externæ principia haud dereliquerunt invictis argumentis evincitur.

§. VI.

¶) Sæculi VII.

Primum omnium, quod sæculo septimo occurrit, monumentum est editum Clotarii II. de Anno 615 (***) qui definitionis sua esse innuit, "ut Canonum statuta in omnibus conserventur, & quod „per tempora ex hoc prætermisum est, vel dehinc perpetualiter „observetur. Et si quis hanc delineationem temerare præsumferit, „in ipsum capitali sententiæ judicetur, qualiter alii non debeat su „milia perpetrare." Conc. Narbonense de Anno 627. apud Har duinum T. III. pag. 493. Can. 8. potestate Episcopi circa administrationem temporalium sua Ecclesiæ confirmata, illum ab Ecclesia removendum statuit, qui inscio Episcopo aliiquid e possessionibus Ecclesiæ auferret: "Quicunque Clericus sine conscientia Episcopi „aliiquid de possessionibus vel de domo Ecclesiæ tulerit, aut frau „dem

(*) THOMASSIN. I. c. P. I. Liv. I. Ch. 46. C. Clovenhoviae II. 747. Tarragonense 516. Tolletanum IV. 671. C. 36. C. Arelatane jussu Caroli M. celebratum Anno 813. C. 6. 7.

(**) Romense II. §13. C. X. Capitulare Caroli M. 813. C. 16.

(***) BALUZ. I. e. T. I. p. 21. editum Clotarii II. Regis in Concilio Parisiensi V. datum DCXV.

„dem fecerit, non solum restituat, quod fecerit, sed etiam non
 „debet ibi in Ecclesia esse, ubi fraudem visus est optasse; duobus;
 „jaceat sub paenitentia anni, & cum defleverit factum, revertatur
 „ad officium.” Res Ecclesiae donatae omni nexo saeculari solvun-
 tur, ut ex integro ad Ecclesiam pertineant: sic Dagobertus rex
 in Concilio procerum & Episcoporum Moguntiae (*) celebrato do-
 nat Amando Anno 636. apud Harzheim T. 1. p. 25. civitatem Lau-
 denburg ad Basilicam S. Petri Wormaciæ sub integra immunitate,
 ut nullus judex publicus ad causas audiendas nec fredda exigere
 posset, & “omnia Amando viro apostolico, qui hunc Ecclesiam pre-
 n̄ est, tradit: (**) & in Concilio Cabilonensi de 650 Clodovæ II.
 Regis evocatione celebrato apud Harduin. T. 3. p. 949. saeculares
 ad res parochiarum administrandas accedere prohibentur, & si de
 his, quæ ad Ecclesiam pertinent, quæcumque, cum non esset E-
 pis̄copus, presbyteri vendiderint, refatio contractu ad jura Eccle-
 sia revocantur, & Episcopi sit dijudicare, an pretium debeat re-
 B 3 „cipi,

(*) Lubenter hic aliquid in gloriam Patris mea de autoritate Conciliorum Moguntiae
 habitorum commemorarem, nisi id jamdum a celeberrimo Reverendissimo ac de
 Historia & jure eccl. tam promerito nunc quoque Episcopo & Suffraganeo Wor-
 matiensi Alex. Würdtwein in Elencho suo Conciliorum moguntinorum §. X factum
 esse cernerem; id tamen adducere adhuc licet, Romanos jamdum moguntiam ci-
 vitatem omnium primam astimasse (Drufo enim in Galliis demortuo Moguntia mo-
 numentum erexere, ut idem Cl. Würdwein in tract. Nero Claudius Druus Germ.
 §. X. exhibet) & religione christiana in Germ. introducta Archiepiscopum mogun-
 tinum primatum regni, & Caput Galliæ ac Germaniæ fuisse, (siehe Krämers rhini-
 sches Franzen, p. 41. 1778.) & ne Rudolphum Habsburgicum silentio præteream,
 qui in diplomate de Anno 1274, in Gudeni Cod. dipl. T. 1. p. 756. Ecclesiam mo-
 gunt. Columnam Imperii principalem appellat, & penes Gudenum ibid. pag. 10.
 Benedictus VII. Wiligisio pallium mittens dicit: servata duxat taxat privilegiorum
 tuorum integritate, qua in tota Germania & Gallia post summum culmen in om-
 nibus ecclesiasticis negotiis, sicut iustus & rectum esse videtur, preemineat.

(**) In formulisi Marculli Lib. I. form. 3, eadem fere dispositio occurrit: “Nullus ju-
 dex publicus ad causas audiendas, aut fredda undique exigenda nullo unquam tem-
 pore non presumat ingredere, sed hoc ipse Pontifex vel Successores eius sub integrâ
 immunitatis nomine valeant dominare.”

„cipi, necne?“ Karolomannus Dux & Princeps Francorum in Capitulari primo de Anno 742. presbyteris admonitis, ut singulis annis Episcopos rationem ministerii fui redderent, factaque promissione, se singulis annis Synodum congregaturum, ut pecunia Ecclesiastarum Ecclesias restituuerentur, ad Episcopos fere vertit, illisque potestate sua regia, si parochiam circumeat, succurrere promittit: „decrevimus quoque, ait ille, ut unusquisque Episcopus in sua parochia sollicitudinem gerat, adjuvante graphione, quod defensor Ecclesiae ejus est.“ (*) Et nequidem in casu belli de bonis Ecclesiae disponit, sed Episcoporum consilio utitur, si partem quandam ecclesiasticae pecunia propter imminentia bella, & persecutions ceterarum gentium in adjutorium exercitus sui retinere velit, (**) & in Capitulari de Anno 744 Episcopos hortat, prævidere, ut Archidiaconi, quibus administrationem bonorum Ecclesiae commiserint, munere suo rite fungentur. (***) In Concilio Suescionensi sub Pippino majore domus regiae Can. 3. apud Harzheim T. 1. pag. 58. circa annum 744 cura de rebus Ecclesiae subtratis monachis vel ancillis Dei expresse Episcopis demandatur. Childerico II. Rege in monasterium 752. detruso epocha Merovingorum terminatur, & tota gens Merovingica cum illo exspirat.

§. VII.

COROLLARIA EX ANTEA DEDUCTIS.

Ex his a Clodoveo I. Ecclesiae germanicæ fundatore usque ad Chilericum II. allatis testimoniis sequentia fluere videntur:

I. Omnia mobilia, ut & immobilia Ecclesiae donata per potestatem regiam aliquam ratione nexus saeculari dissolvuntur, & unice ecclœ.

(*) Cap. I. V. in Baluzii Capit. Tom. I. pag. 146. Georgisch. Corp. J. germ. pag. 487.

(**) Capit. Karolomanni secundum de Anno 743. apud Liptinas Cap. II. apud Baluzium Cap. cit. pag. 150.

(***) Capitulare incerti anni in Synodo, cui intersuit Bonifacius S. Sedis Apostolicæ Legatus circa Annum Christi 744.

ecclesiasticis, quoram tota dispositio ad Episcopum spectat, adnumerantur; saeculares ad eorum administrationem inhabiles declarantur, ac judici publico donationes Ecclesiis factas ingredi, vel de illis judicare, severe interdicuntur, unde qualitas saecularis, quam Praelatus Ecclesia intuitu temporalium ex principiis originariis sustinet, cum ecclesiastica ex principiis J. pub. eccl. germ. sub Merovingicis in unam coalescere videtur.

II. Episcopi soli ac legitimi rerum Ecclesiarum dispensatores ac inspectores existunt, in ipsis enim reges potestatem de illis disponendi transferebant: hinc Episcoporum consensus in alienatione vel dispensatione super temporalibus essentiale requisitum est, & omnes dispositiones absque eorum consilio factae, invalidae declarantur: qua lege quamquam dura, & reges sese obligatos credidere, unde nequidem in casu belli imminentis, absque Episcoporum consensu partem ecclesiastis peccuniae in subsidium sui exercitus retinere aucti fuerunt; praeclarum plenitudinis potestatis ad consensum Episcoporum restrictae exemplum!

III. Crescente Clero, ejus patrimonio aucto Episcopi ejus administrationem in Archidiaconos devolvunt, quin tamen hac translatione eorum jus circa temporalia in substantia imminutum fuerit, administratores enim isti Episcopis singulis annis in Synodo vel visitatione instituta rationes gestae administrationis reddere tenebantur, potestate seculari semper adhucdum, ab omni dispositione super facienda, exclusa, demortuo etiam Episcopo.

IV. In possessione horum iurium, excommunicatione ac depositione contra eos, qui dispositionibus Capitularium, vel Conciliorum decretis contravenire audebant, sese tuebantur, quam potestatem excommunicandi vel deponendi reges in Episcopis non tantum agnoscabant, sed ut excommunicatio majorem nancisceretur efficaciam, excommunicatum ad facultates suas amittendas, condemnabant, & insuper a palatio penitus arcebant: imo canonum statuta adeo sancte servanda erediderunt, ut in eorum contemptorem capitalem sententiam tulerint. Contra dilapidatores bonorum Ecclesiæ in hac epocha, saeculo 6to, 7mo ac 8vo excommunicatio ac depositione, non tantum ex jure divino, uti adnotat Febr-

nius

nus de statu Ecclesiae Tom. II. Art. g. sed & vi legis Imperatoris procedere, ac brachium seculare, potestatem regiam vel graphionem contra contumaces implorare debebant; ex quibus omnibus deinceps

V. Inferre liceat, Reges Episcopis tacite jurisdictionem in temporalibus sua Ecclesiae concessisse, cum neminem excommunicare, vel ut dilapidatorem deponere potuerint, nisi causa cognita ac decisa.

§. VIII.

Sæculi VIII.

En principia sub Merovingicis & Conciliis statuta, & a regibus iam in finem legis Imperii confirmata: ad familiam angustam Carolingorum modo transeamus, & hic principia de potestate Episcoporum circa temporalia Ecclesiae sua investigemus.

Carolus de munere sibi tanquam Advocato Ecclesiae incumbente persuasus, de disciplina Ecclesiae conservanda cogitabat, & eum in finem jam sub initio sui regiminis Anno 769. "hortatu omnium fidelium suorum, & maxime Episcoporum ac reliquorum sacerdotum consultu varia edidit statuta, Episcopis, clero ac populo observanda: sic in Capitulari suo de Anno 769. Cap. VI. admonito Episcopo, ut in sua parochia sollicitudinem gerat, adjuvante graviphone, qui defensor Ecclesiae est, Cap. VII. hisce verbis pergit: "Decrevimus, ut singulis annis unusquisque Episcopus parochiam suam sollicite circumeat, & populum confirmare, & plebes do- cere & investigare &c. studeat, ac ei unusquisque presbyter in parochia habitans subjectus sit, & semper in quadragesima ratione & ordinem ministerii sui reddat." (*) in Capitulari suo Anno undecimo regni sui confecto potestatem Episcopi circa decimas, partem reddituum Ecclesiae confirmat: "de decimis, inquit Carolus Cap. VII. ut unusquisque suam decimam donet, atque per iussionem Pontificis dispensetur," (**) qæ dispositio jam in Concio-

(*) Capitulare primum Caroli M. Cap. I. VI. VII. Baluz. T. I. pag. 196.

(**) Incipit decretum Caroli R. Francorum. Baluz. ibid. pag. 196.

lio Paderbornensi de Anno 777. facta penes Harzheim T. I. p. 238.
 legitur. Anno 789. Carolus (*) confiderans una cum sacerdotibus
 & Consiliariis suis abundantem in se suumque populum Christi re-
 gis clementiam, pastrorum Ecclesiarum Christi rogat soleritiam, ut
 vigili cura populum Dei per pascha vita eternae ducere studeant;
 missosque suos ad eos dirigit, ut sciant, in illis suam cooperari di-
 ligentiam; & missi ipsi ex autoritate regia una cum Episcopis cor-
 rigerent, quæ corrigenenda essent. In Capitulari Francofurtensi de
 Anno 794. Cap. IV. Episcopos ac Metropolitas, siquid ipsi corrigere
 nequeant, ad ipsum recurrere admonet; & Cap. 23. omnibus ob-
 ligatione solvendi decimas imposita, Cap. 46. omnem dispositionem
 super oblationibus faciendam, Episcoporum arbitrio committit: "de
 oblationibus, quæ in Ecclesia vel usus pauperum conferuntur, ca-
 nonica observetur norma; & non ab aliis dispensentur, nisi cui
 Episcopus ordinaverit." (**) Hæc in Edicto dominico Anno 800,
 edito (***) rursus confirmata sunt; Carolus audiens, comites suos
 ac judices Episcopis potestate illam denegare, qualem restitudo ec-
 clesiastica docet, eos admonet, "ut nullus quilibet ex fidelibus a
 minimo usque ad maximum in his, quæ ad Deum pertinent, Epis-
 copo suo inobedientiis apparere audeat, de supra dictis Capitulis seu
 alijs eruditioribus ad illorum ministerium pertinentibus. Et si
 quis Episcopis de his, quæ ad eorum ministerium pertinere nos-
 cuntur, vel sicut in Capitulari dudum a nobis facto continetur,
 confradicere præsumperit, sciat, se procul dubio, in conspectu
 nostro exinde dicere rationem," unde in lege Longobardorum
 Cap. 33. apud Baluz. T. I. p. 354. Episcopos ac comites ad concor-
 diam, & dilectionem inter se habendam, ac mutuum fibi adjuto-
 riū præstandum hortatur; & Cap. 37. præcipit, ut, quidquid
 Episcopi ac comites corrigere non possent, ipsi denuntient. In ad-
 ditamentis ad hanc legem Longobardorum Cap. 39. officium judicis
 C fæcu-

(*) Vid. prefatio Domini Caroli R. ad Capitulare aquisgranense primum Anno 789.
 Baluz, ibid. p. 210.

(**) BALUZ. T. I. p. 262.

(***) BALUZ. ibid. p. 210.

secularis etiam tunc suspenditur, si lis super possessionibus ecclesiasticis oriatur, quæ non nisi ab Episcopo per advocatum decidatur: “si de possessionibus ecclesiasticis clamor ad judicem venerit, mittat judex clamantem cum misslo suo ad Episcopum, ut faciat ei per ad vocatum justitiam percipere,” & in Capitulari de 803. statuit, ut neque suis, neque futuris temporibus nec ipse, nec successorum unius ullo unquam tempore abique consensu & voluntate Episcoporum, res Ecclesiarum petere aut invadere, vel vastare, aut quo cunque ingenio alienare presumat; (*) & In Capitularibus ad Salz 804. & Concilio Noviomageni de 806. penes Baluzium T. I. p. 416. 454. ut & Georgisch. Corp. J. Germ. publ. pag. 728. 1317. repetitum legitur, cum omnia, quæ Ecclesiam tangunt, Episcoporum dispositioni relinquat, eosque admonet, ut thesauros ecclesiasticos diligenter considerent. Unde & Episcopi Bojoariæ provinciæ Salisburgi Anno 807. congregati lites super decimis fidelium ortas propria autoritate decidebant, & Episcopi Germaniæ Moguntiam Anno 813. iussu Caroli Imperatoris convocati, ut penes Harzheim T. I. p. 407. legimus, definierunt: “fibi potestatem competere, res ecclesiasticas providere, regere, gubernare atque dispensare, & Laicos in eorum ministerio Episcopis esse subjectos ad regendas Ecclesiæ Dei, viuidas & orphanos defendendos.” Quod & Carolus M. in Capitulari, hoc Concilium eodem anno subsequente sua auctoritate corroboravit, cum Cap. XII. Episcopum thesauri Ecclesiæ dispensatorem declarat. (**) In Capitulari secundo incerti cuiusdam anni omnia Deo oblata ad jus sacerdotum pertinere affirmat, “non solum sacrificia, sed quidquid a fidelibus offertur, five in mancipiis, five in agris, vineis, sylvis, pratis, aquis, aqua rumve decuribus, mobilibus & immobilibus, Ecclesiæque suæ a quibuscumque ultro offeruntur, Deo indubitanter consecrantur, & ad jus pertinent sacerdotum.” (***) Et in Capitulari tertio ejusdem

(*) Capit. 803. BALUZ. T. I. p. 419. in fine. Capitul. incerti anni tertium C. I. BA. LUZ. T. I. p. 416.

(**) Cap. XII. BALUZ ibid. p. 502. 858. HARZHEIM T. I. pag. 414. Georgisch. 1. c. p. 1448.

(***) Cap. XI. XII. BALUZ. ibid. pag. 522. C. C. germ. Nat. T. I. p. 419.

dem anni statuere ei placuit, "ut Episcopi rerum ecclesiasticarum in omnibus juxta sacrorum canonum iunctiones plenam habeant potestatem; & ut omnes Ecclesiae cum dotibus ex omnibus rebus suis in Episcopi proprii potestate consistant, atque ad ordinationem & dispositionem suam semper pertineant." (*)

Ludovicus Pius ejusdem fere tenoris statuta ac Capitularia edita; sic in Capitulari Anni 823. Cap. VI. apud Baluzium T. I. p. 632. missos ac comites ad adjutorium Episcopis praestandum admonuit, ut veri adjutores & populi conservatores dici ac vocari possent, & Cap. 26. Episcopos hortatur, ut ad missos recurrent, ad id cum eorum auxilio adimplendum, quod propter impedimentum quoddam implere non possent. In Concilio Aquisgranensi II. Ludovici Pii iussu Anno 836. celebrato Can. 8. Cap. 3. (in Conciliorum germanicæ nationis T. II. pag. 86.) hac Episcoporum potestas circa temporalia sua Ecclesiae ex decretis Conciliorum œcumenicorum magis firmatur, Canones Concilii Nicæni, Toletani III. Concilii Gangrenis (***) adducuntur, quibus Episcopi dotis Ecclesiae pleni declarantur administratores. In Capitulari in villa Sparmaco de Anno 846. C. 28. admonitis missis, ut contra deprædatores & oppressores Ecclesiarum, & rerum ad eas pertinentium defensores existant, Cap. 47. in Baluz. T. II. p. 35. prohibetur, ut nemo Episcopo vivente Ecclesiam aut res ad eam pertinentes invadere præsumat, neque preter voluntatem Episcopi quisquam quacunque faculari potestate præditus, quasi œconomum constituat. Ex quibus facile intelligi potest, cur in Concilio Wormatiensi 869. Can. VI. sententia eorum rejiciatur, (****) qui „dotem Ecclesiae noviter exstructæ collatam ad Episcopi ordinacionem putant non pertinere: „sed omnia secundum constitutionem antiquam jura Ecclesiarum ad Episcopi ordinationem & potestatem pertineant.“ Quas Conciliorum dispositiones Carolus calvus in capitulari suo apud Carisiacum 877. & in capitulis, in Synodo Tri cassina anno Domini 878. lectis, Ludovicus Balbus de novo confir-

C 2 marunt.

(*) Cap. 3. XI. BALUZ. T. I. p. 530. (**) Concilio I. 823. cap. 3. II. T. NUNIUS.

(***) Can. 26. Conc. germ. nat. Tom. 2. p. 119.

(****) HARZHEIM T. II. p. 312. HARDUIN, T. V. p. 734.

marunt. (*) Karolomannus rex Francorum in palatio Vernis 884. cum Episcopis, Abbatibus, Comitibus ac Judicibus ad statuta Conciliorum, uti præfatio Tit. III. apud Vernis palatium in Baluzii T. 2 p 283. exponit, nec non Capitula antecessorum suorum renovanda converit, ac Cap. V. Episcopum jubet, "ut illum, qui contemserit admonitionem, feriat virga pastorali, hoc est, sententia excommunicationis, quam excommunicationem debebit idem Episcopus notam facere omnibus suis Coepiscopis, ne cum recipiant usque ad satisfactionem.

§. IX.

§) Sæculi IX.

Eadem principia in Concilio Colonienſi sub Carolo Crasso Anno Christi 887. penes Harzheim T. 2. p. 367. & Concilio Moguntiacensi Anno 888. sub Arnolpho rege celebrato deprehenduntur. (**) Episcopi vi hujus potestatis circa bona Ecclesiæ ipſis tot Capitularibus ac Conciliis concreda & corroborata in Concilio Triburensi Anno 895. celebrato Can. VII. varia contra invasores rerum ecclesiasticarum edidere statuta; contra quoscumque, qui res Ecclesiæ five interiores five exteriores rapiunt. Eodem quoque modo Arnolphum Imperatorem cogitasse, eadem principia fovisse, ex diplomate quodam constat in Gudenii cod. dipl. T. I. p. 4. quo Arnolphus bonis monasterio sancti Maximini donatis, prælibata bona cum omnibus pertinentiis sub cura fratrum hujus monasterii tradit, ratus, bona Ecclesiæ donata ad jus sacerdotum pertinere: iisque facultatem dedit, super ipsas res suum præpositum constitutere, eumque pari modo, si officium præposituræ sua non explete, degradare. Hisce addenda est formula 4. Marculfi Lib. 2. ubi donatione Ecclesiæ facta, eaque descripta, potestatem Pontificis ita definit,

(*) BALUZ. T. II. p. 273. Cap. I. occurrit aliquid de honore Episcopis exhibendo: "ut Episcopi cum omni reverentia a cunctis mundi potestatis debite honorentur, atque coram eis sedere nullatenus audeant, nisi illis præcipientibus."

(**) Conc. Germ. nat. T. II. p. 374. HARDUIN. T. VI. P. I. p. 402.

nit, ut ab hac die Pontifex hujus civitatis, eam donationem habendi, tenendi, possidendi, vel quidquid exinde pro opportunitate ipsius elegerit faciendi, liberum in omnibus perfruatur arbitrium.

§. X.

COROLLARIA.

E^a, quæ ex citatis legitima consequentia defluere videntur, breviter nunc exponam:

I. Eadem permanxit Episcoporum potestas circa temporalia sua Ecclesiæ, eadem principia sub Merovingicis recensita sub Carolingicis quoque viguerunt, una & altera mutatione in favorem Episcoporum interveniente. Vinculum, quo temporalia ex sua natura potestati fæciali obstricta manent, tollitur quadam ratione, quamprimum Ecclesiæ donantur, & ex decisione imperatoria, ex legge imperii, ad jus Episcoporum unice, & ita pertinent, ut fæculari quacunque potestate prædictus nequidem quasi æconomum absque consensu Episcopi constitutere possit; & Clerici judicem illum, qui cognitionem in temporalibus Ecclesiæ sibi vindicare, vel dispositiones Episcoporum desuper factas eludere præsumbit, tanquam injustum aggressorem repellere, & ad regem deferre poterant. Episcoporum tantum est, res ecclesiasticas providere, regere ac gubernare, ut Capitularia Caroli M. & Ludovici pii, nec non Concilia nationalia definient. Episcopi, quos sub Merovingicis tantum in dilapidatores bonorum ecclesiæcorum judices vidiimus, nunc facultatem, quascunque lites super jure possessionum Ecclesiæ ortas, per Advocatum decidendi, expresse accipiunt, quæ jurisdictione ad dilapidatores hanc adstricta generalis ac in diœcesi five parochia unica fuit.

II. Reges ac Imperatores Advocatæ munere fungentes Episcopos in hac jurium possessione manuteneret, ac contra quoscunque regia sua authoritate defendere allaborabant; hinc missos ac comites admonuere, ut Episcopis adjutorium ferrent, si officium suum propter impedimentum adimplere non possent: ipsos vero Episco-

C 3 pos



pos hortantur, ut, si missi vel comites ipsis hoc adjutorium, vel potestatem in Capitularibus concessam denegare vellent, ad se recurrerent, ut famulante potestate regia perficere valeant, quod eorum authoritas exposcit, Capitul. 823. C. IV. Recursum igitur ad potestatem legislatoriam, quæ tota penes Imperatorem eo tempore exsuffit, in casu legis Imperatoris vel Capitularis violati per eos, qui ministri capitularium esse debuerunt, ab Imperatoribus approbatum ac præcipitur, & hinc ut legitimum ac in jure publico carolingico fundatum remedium juris in hac epocha attendi debet.

III. Hanc potestatem circa bona ecclesiastica ab Imperatore concessam Episcopi in Conciliis revera exercent; controversias super redditibus Ecclesiarum ortas decidunt, leges penales conficiunt, & in dispositionum suarum contemtiores excommunicationis sententiam ferunt, & Coepiscopi, vi Capitularium ad omnem aditum in diœcesin excommunicato denegandum, donec satisfecerit, obligantur. Excommunication, quæ ex sua natura tantum effectus spirituales post se trahit, non quoque extensionem ad vitam civilem nanciscitur. Sub Merovingicis excommunicatus ex constitutionibus Imperatoris a palatio arcebatur, & ad facultates suas amittendas condemnatus fuit. Sub Carolingicis excommunicatio adhuc dum gravior redditur, & excommunicato, cum Coepiscopi illum recipere non poterant, ignis & aqua interdicitur.

IV. Ad ultimum demum in concessionibus istis Imperatoriis prima stamina superioritatis territorialis statuum ecclesiasticorum deprehendere liceat.

§. XI.

¶ Sæculi X.

E pocham carolingiam saluti germaniae tam prospicuam, tumultuosa excipiunt tempora: Hungari Germaniam aggrediuntur, Bohemia superioritatem regni teutonici agnoscere renuit; Italia Berengarii conatu, Ottoni Imperatori auferendi coronam Longobardorum, devastatur; quæque turbæ immanem in Germania moverunt

verunt dissentionem, ita ut Imperatoribus bello nimis occupatis disciplinam ecclesiasticam immutandi nec otium nec animus fuerit; eadem hinc fere sub Saxonis Ecclesiarum germaniae forma permansit, (*) eadem de amplissima circa temporalia Ecclesiarum Episcoporum potestate foveabantur principia; Episcopi pleni eorum administratores extitere. Imperatores ad salutem Ecclesiarum concurrentes decreta synodalia autoritate sua corroborabant. In Concilio Ingelheimensi de Anno 948. Can. 8. penes Harduin T. VI. p. 606. statutum legimus, „ut oblationes fidelium, nil omnino ad laicalem pertineant potestatem,” & in Synodo Augustana Anno 952. celebrata (**). admonitis Episcopis, ut in diecensi corrigerem festinarent, quidquid correctione dignum repererint, Imperator, quidquid corrigerem ipsi non valeant, corrigendum suscipit; Imperatores spiritu Caroli M. ac suorum antecessorum duchi, jura ac donations Ecclesias factas autoritate regia confirmarunt, & se se omni potestate ac jure in illas abdicarunt. Res Ecclesias donatae, que hoc tempore in forestis, comitatibus, regiisque civitatibus consitiebant, (***) omni nexu seculari sublati, a potestate judicaria commis vel ducis eximuntur, & “nonnisi coram Episcopo aut Advocate, quem quidem loci Episcopus elegerit, (****) litigantes compareant.” Judge publicus terras Ecclesias donatas ingredi prohibetur, quae unice potestati Episcoporum ab Imperatore ex more antecessorum subjiciuntur. Sic Otto II. Anno 974. in Gudeni cod. dipl. T. I. p. 7. 12. Sed Moguntinae omnia privilegia ac jura ab antecesis fori-

(*) Schmidt's Geschichte der Deutschen 2. S. 13. 15. §. 155. S.

(**) Can. 10. C. C. germ. nat. T. 2. p. 622. HARDUIN. T. VI. pag. 618. Schmidt ibid. p. 187.

(***) Vid. PFEFFINGER Vitriar. Illustr. T. r. tit. 15. p. 1146. Schmidt ibid. p. 169. In GUDENI cod. dipl. T. I. p. 11. diploma Ottonis II. donantis SS. Petri & Alexандri Aschaffenburgi villam Aschaffa. 980. Item p. 14. Ottonis III. Imp. foresti eiusdam five nemoris in Ecclesiam Mogunt. translatio Anno 996. Item pag. 345. 347. & 351. Ottonis traditio locorum Wertheim, Casselle &c. Collegio Aschaffenburgeni facta.

(****) Schmidt a. o. S. 173. PFEFFINGER p. 1143.

foribus concessa, omnes res & traditiones confirmat, & præcipiendo jubet, ut nullus judex publicus ejusmodi loca ingredi audeat. "Sic idem Imperator Anno 883. "Ecclesiæ Moguntinae omne, quidquid proprii juris ibidem, i. e. in Pinguia civitate hucusque continuuit, in proprium donavit.

§. XII.

¶ Sæculi XI - XV.

Mortuo Conrado II. qui principiis Carolingicis natus, eandem quoque potestatem circa bona ecclesiastica Episcopis concessit; (*) quamvis autem postea potissimum sub Henrico IV & Gregorio VII. mira & calamitose rerum conversio sit exorta, ita ut Romani Pontifices sibi non tantum supremum in ecclesiastica, sed & in temporalia principum bona tribuerent; (**) dominium; potestatem etiam episcopalem inducta nova juramenti formula missis frequentibus legatis, admissisque contra antiquum morem crebrioribus adpellationibus mirum in modum restringerent, ac circumcidarent; mansit tamen Episcopis illibatum jus vel administrandi, vel dispensandi, vel tuendi bona & proventus Ecclesiæ, vel ea, si jam separata aut communitatibus erant attributa, saltem inspiciendi & visitandi, aut de iis disponendi, quod quidem jus tot legibus &

ob-

(*) Vid. MEICHELBECK Hist. Frisingensis Lib. IV. §. 2. p. 213. T. 1. ibi occurrit diploma, quo Chounradus bona Ecclesiæ Frisingensis confirmat, ille descriptis addit: hec omnia in omnibus ad ipsum Frisingensem Episcopum legaliter pertinientia per hoc autoritatis nostræ præceptum in jus & potestatem SS. Christi matris Ecclesiæ præfate donamus, & confirmando renovamus, eo rationis tenore, ut jam dictus Episcopus ejusque successores liberam pro utilitate ejusdem S. Dei Ecclesiæ perenniter habeant potestatem, quidquid inde voluerit, faciendi absque ullius molestia, sig. Chounradi. 1029. &c.

(**) De potestate rom. Pontif. circa temporalia ejusque auxibus omnia optime brevibus scripsit celeberr. olim Heidelbergæ nunc quoque Moguntiae Professor J. Can. ac Hist. Ecclef. Joannes JUNG in orig. Hist. Juris sacrorum Commentat. II. sytemata &c. &c. Cap. II. §. 3. p. 9.

observantia roboretur, passim nomine proprio exercuere, unde titulos legati nati vel apostolici parum estimantes diæcesin circumibant, & præcepti Caroli M. memores, quod omnis Clericus Episcopo suo subjectus esse debeat, nullam Ecclesiam vel monasterium non visitarunt. Temporalia Ecclesiæ tanquam alterum visitationis sua objectum curabant, donationes Ecclesiæ factas autoritate sua confirmarunt, contra invasores rerum ecclesiasticarum penas decrevere, & inobedientes abbates deponendo, excommunicando, Ecclesiæ in possessione mobilium & immobilium, ut & jurium suorum servarunt, autoritate etiam episcopali, quin potestati sœculari rationes reddiderint hanc, de temporalibus Ecclesiæ statuendi, & abbates dilapidatores deponendi facultatem alii comisere, imo in Monachos saepius transstulerunt. Ruthardus Archiepiscopus Moguntinus de Anno 1090. exemplum præbet: in littera fundationis monasterii quondam Cambergensis confirmata electionis libertate fratribus ipsius cœnobii hanc dedit licentiam, abbatem res monasterij male administrantem deponendi. (*) Adalbertus I. Anno 1115. Archiepiscopus Moguntinus renovando fundationem Dagobertinam monasterii Elyngen, (**). provocat ad ordinationem fundatoris Dagoberti regis, vi cuius "quilibet electus a fratribus Abbatiae Elyngen in Abbatem confirmationem temporalium ac spiritualium à Moguntino Archiepiscopo recipere tenetur." Henricus Episcopus Paderbornensis Anno 1103. litteris publicis donationes Gumbato Abbati & monasterio factas propria autoritate episcopali comprobavit, uti & Pibo Episcopus Tullenensis Anno 1105. possessiones Ecclesiæ S. Gangulphi in eadē civitate autoritate episcopali corroboravit, & Fridericus Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus banno episcopali in Synodo 1109. contra invasores rerum ecclesiasticarum processit, ut legimus penes Harzheim T. 3. p. 246. 362. 364. in Synodo Trevirensi Anno 1148. habita Abbas Corbejenis propter dilapidationem bonorum deponitur; exemplum præclarum, quod nequidem immediati a jurisdictione Episcopi diæcœlos ratio-

D ali, ne

(*) Vitam hujus Archiepiscopi vid. in Serario de rebus Moguntiæ Lib. V. p. 792. GU
DENUS T. I. p. 28. exhibet diploma.

(**) GUDENUS T. I. p. 47.

ne temporalium exempti fuerint. In Synodo diæcesana Hildesliei-
mensi sub Bernardo Episcopo Anno 1149. celebrata fit recensio ad
Lamspringensem Ecclesiam pertinentium, & in fine additur ex ple-
nitudine authoritatis episcopalis: "Super omnes prædictas possessio-
nes prædicta Ecclesia authoritate Domini nostri Jesu Christi, fir-
mam pacem, constituimus, atque ut rata omni ævo permaneat,
virtute banni episcopalis, quem Deus nobis concepsit, eam firma-
mus & corroboramus ita, ut omnis, qui aliqua injuria vel arcem,
vel agrum, vel aliquid ex iis usurpaverit, ab omni communione
S. Ecclesiæ sequestratus cum diabolo damnetur, nisi resipicat."
Rudolphus Episcopus Leodiensis vi munera ac potestatis episcopala-
ris Anno 1180. varia adversus rerum ecclesiasticarum deprædatores
statuta edidit, & in constitutionibus Ecclesiæ Leodiensis penes Harz-
heim T. 3. pag. 578. 584. de iis, quæ correctione indigebant, inve-
nimus ordinatum, "ut bis in septimana fiat Capitulum speciale,
videlicet feria secunda & sexta, secunda principaliter tractabantur
temporalia videlicet qualiter ea administranda sint, & feriatur
excommunicationis sententia per Decanem authoritate nostra (Epis-
copi) in omnes illos, qui habent aliquid de thesauro."

§. XIII. DECRETALES.

Cronologia, quam sequendam hucusque utile duxi, ad corpus de-
cretalium me quoque dicit, quod secundam corporis juris
canonici partem, & ingentem jurium & obligationum fontem
constituit, ad quem suprema Imperii Dicasteria in judicando tan-
quam normam remittuntur. Decretales, quæ omnes scholam Isidori
mercatoris sapere dici nequeunt, ratione potestatis episcopalis circa
bona Ecclesiæ, totius retro antiquitatibus principia fovent. Ut
ab eorum immunitate a nexu sæculari ordiar: Ea, de qua sub Me-
rovingicis & Carolingicis (§. 5. seqq.) sermo fuit, in Decretales
transfuit, unde & omnes laicorum dispositiones circa illa legitimo
personarum ecclesiasticarum consensu hanc interveniente annullan-
tur: (*) libera de bonis ecclesiasticis disponendi facultas Episcopis
tri-

(*) Lib. I. tit. 2. C. VII.



tribuitur, (*) & omnis alienatio rei ecclesiasticae absque legitimo personarum ecclesiasticarum consensu omni carere robore firmitatis declaratur, licet per constitutionem Laicorum approbetur. (**) Quod jura episcopalia proprius attinet, eorum quoque Episcopis in diecesin competentium ambitus in decretalibus nec restringitur, nec augetur, sed iidem limites servantur, quos aevum Merovingicum ut & Carolingicum prescripsisse vidimus. Ad (***) canonican obedienciam, subjectionem & reverentiam episcopis praestandam presbyteri monentur, & episcopis, qui vi jurisdictionis episcopalnis tenentur, (****) Ecclesiam suam correctionis causa visitare, jus instituendi, deficituendi, corrigendi & reformati tribuitur, id quod Carolus M. in Capitularibus fecisse cernitur. Verba Innocentii III (*****), notatu digna videntur, "Ordinentur, ait ille, religiose personæ, quæ singulas Abbatias studeant visitare, corrigentes & reformatæ, ita quod si Rectorem loci cognoverint ab administratione penitus amovendum, denuncient Episcopo proprio, ut illum amovere procuret."

Honorius III (*****+) ad antiquam visitationis disciplinam Capitularibus RR. Francorum corroboratam proprius adhucdum accedit, objecta visitationis ad eorum mentem determinat, ac modum in amovendo superiori ecclesiastico omnium optime determinat. "Visitatores, ait ipse, de statu monachorum diligenter inquiringant, & tam in spiritualibus, quam in temporalibus corrigan, ac reformat, quæ viderint corrigenda. Quod si Abbas fuerit a visitatoribus nimis negligens & remissus inventus, id loci dieceſano denuncient fine mora, & per illum detur ei fidelis & providus Co-adjutor. Si autem dilapidator inventus fuerit, vel alias, merito

D 2 amo-

(*) Lib. III. tit. 12. de his, quæ sunt a Prelato &c.

(**) Ibid. tit. 13. C. 12.

(***) Lib. I. tit. 31. C. 16.

(****) Lib. III. tit. 39. C. 21.

(****+) Lib. III. tit. 35. C. 7.

(*****+) Ibid. C. 8.

„amovendus: per diacefanum amoveatur absque judiciorum strepitu
 „a régimine Abbatiae, & monasterio providetur interim admini-
 „strator idoneus, qui temporalium curam gerit, donec ipsi mona-
 „sterio fuerit de Abbate provisum.”

Firmissimum igitur fundamentum authoritatis pastoralis ejusque limitum in corpore decretalium latere, quis negare poterit? omnium totius retro antiquitatibus constitutionum congeries in iis perspicitur, qua per transitum in libros decretalium vim L.L. Imp. scriptæ nec non normæ supremæ Imperii tribunalibus nunquam non observandæ obtinuere, cum decretales ipfæ in constitutione Friderici II. confirmatae (*) in Recessu Wormatiensi 1521. (**) in classem jurium communium numerentur. Si has quoque constitutiones cum illis Conciliarum ac Capitularium RR. Francorum comparere velimus, in dubium evadet, summos Pontifices nil in decretales suas inseruisse, quod non sacerulis jam præterlapsis statutum legitur, sic limites potestatis Episcoporum circa bona ecclesiastica iisdem fere terminis determinantur, quibus in Conciliis & Capitularibus de iis statutum legitur; (§. IV.) & eadem media ad se in possessione jurium tuendos in decretalibus approbantur, quæ in Conciliis & Capitularibus Episcopis concessa fuere: censura ecclesiastica, excommunicatio, (§. IV. V.) facultas dilapidatorem amovendi, ut & brachium sacercale implorandi (***) (§. VI.) Episcopis salva relinquuntur.

§. XIV.

¶ Sæculi XIII - XV.

Ordine cronologico ductus ad Concilia nationalia, provincialibus nonnullis intermixtis, ad eadem quoque principia investiganda

(*) R. Friderichs II. R. E. zu Mainz 1235. Kap. XV. in Senkenberg's Sammlung des R. A. T. I. §. 24.

(**) R. B. 1521. Kap. 17. in Senkenberg. Ibid. T. I. §. 202. 203. §. 5.

(***) Lib. V. decret. tit. 37. C. 2. “quod si aliquis ista omnia contemperit, & Episcopus minime emendare potuerit, regis judicio ad requisitionem Ecclesie exilio damnetur.”

da transeo. Omnia autem primum provinciale Concilium Mo-
guntiae 1261. habitum videtur, quod ad mentem decretalium ita
prosequitur: "superior officialem ejusdem monasterii, si de
rebus Ecclesiae sua quidquam cibra formam canonica alienare
presumferit, a suo officio deponat, & ad administrationem Ec-
clesiae non admittatur, nisi secundum per Episcopum loci miseri-
corditer dispensatum." Diocesanum Coloniense de Anno 1266.
plurima circa temporalia Ecclesiarum Statuta continet, quae
Episcopi Coloniensis diocesis authoritate propria ac jure ex obser-
vantia ac concessionibus Imperatorum ipsis enato, condidere, quin po-
testati seculari illa examinanda proposuerint; hic contra incendiarios
Ecclesiarum, contra violatores immunitatum ac dotium Ecclesiarum,
contra raptores & invasores honorum Eccl. ut & contra occupantes
& arrestantes bona Ecclesiarum proceditur, ut in Harzheim T. 3.
p. 622: legimus: in C. Viennensi in Austria reformandæ Ecclesiae
causa 1267. celebrato hinc bona Ecclesiarum defientibus introitus
in Ecclesiam ab Episcopis potestate fec. haud concurrente interdi-
citur; in C. Monasteriensi sub Everhardo Episcopo & Rudolfo I.
Imperatore 1279. habito contra incendiarios ac invasores honorum
Eccl. alia penæ decernuntur, ut & in C. Salzburgensi sub Frideri-
co Archiepiscopo Anno 1281. discipline reformandæ causa celebra-
to omnes Prelatorum locationes vel venditiones Ecclesiis nocivæ ab
Episcopis ibi congregatis irritantur, & alienator ab administratione
temporalium, ac ingressu Ecclesiae tamdiu suspenditur, donec Ec-
clesiam indemnum reddiderit. Synodus Coloniensis eodem Anno
habita omnem alienationem honorum Ecclesiarum speciali desuper
episcopalij licentia haud obtenta prohibet; & in statutis synodalibus
Joannis Episcopi Leodiensis Anno 1287. editis, Episcopus omnes
raptores rerum & honorum Ecclesiarum excommunicare praecipit;
(*) sequitur C. nationale Herbipolense in praesentia Rudolphi Imp.
multorumque Principum Imp. habitum, quo principia de potestate
Episcoporum circa temporalia Ecclesiarum, hactenus observata in
praesentia Imperatoris ac Statuum repetita penes Harzheim T. 3.

D 3 p. 379.

(*) HARZHEIM T. 3. p. 654. 667. 705.

p. 730. legimus, & sic tacito eorum consensu roborata fuerunt. C. Magdeburgense Anno 1266. C. Ultrajectense de Anno 1291. ut C. Aschaffenburgense Anno 1292. sub Gerhardo Episcopo & Adolpho R. I. celebratum iisdem principiis inituntur, & excommunicationem fœculari potestate haud concurrente in dilapidatores bonorum ecclesiasticorum ferendam statuant: "statuimus, dicitur Cap. 14. ne per-
 sona quantacunque status præminentia fulgeat, ecclesiastica boni
 occupare præsumat, & nisi requisitus infra mensem damnum illa-
 tum emendaverit, ipso facto sit anathematis vinculo innodatus." Eadem principia sapiunt C. provincialia Sæculi XIV. nationalibus
 tum perratis; in C. prov. Colonensi sub Henrico *Virneburgico Archiep.* Anno 1310 celebrato agitur *Can. IV. de invasoribus bonorum Ecclesiæ & pena excommunicationis ab Episcopo contra eos pronuntiatum:* sic & Concilium Trevirensse eodem Anno sub Balduino Archiepiscopo habitum *Can. 27. 109. 111.* & Salzburgense sub Conrado IV. Archiepiscopo celebratum plurimas circa temporalia ab Episcopis factas dispositiones continet, quarum præcipua illa vide-
 tur, qua Prælatum, qui Collegio semel in Anno non fecerit ratio-
 nem, & a Claustris officialibus non audierit rationes, ab admini-
 stratione temporalium suspendendum statuit. (*) Huc etiam C. provinciale Moguntinum sub Petro Archiep. Anno 1310. habitum
 referendum est, quod omnium optime de potestate Episcoporum
 circa temporalia Ecclesiæ suæ testatur, integer ejus liber II. penes
 Harzheim T. IV. p. 175. ejusmodi dispositiones potestate fœculari
 haud interveniente factas exhibet: Abbatibus modus in alienandis
 rebus Ecclesiæ servandus præscribitur, quem si neglexerint,
 depositione perpetua puniantur: fabrica procuratoribus obligatio,
 singulis annis Episcopo rationes reddendi, imponitur, consensus
 Episcopi ad validam bonorum Ecclesiæ alienationem adeo requiri-
 tur, ut eo non petito alienatio nulla ac irrita sit, & suspensionis
 ac excommunicationis pena locum habeat; quasque dispositiones Car-
 olus IV. Imperator in litteris ad Gerlacum Archiepiscopum Mo-
 guntinum tacite approbat; Gerlacum enim Imperator hortatur, ut
 convocata Synodo provinciali cleri mores universim reformat, & ad
 principaliora hujus reformationis objecta temporalia Ecclesiæ
 refert

compescat, Archiepiscopum admonet, (*) hæc quoque monita C. structionem cauarent; rebelles vero, ut eos per censuras Ecclesiæ refert, quæ male administrata ac dispensata hujus disciplinæ de-provinciale Pragense de 1355. C. Magdeburgense de 1370. C. Coloniense de 1375. adoptarunt, & hisce innixus Fridericus Archiepiscopus Colonensis in Synodo de 1400. post visitationem generalem varia circa temporalia Ecclesiæ Colonensis disposuit, cum fine iis spiritualia subsistere non possent, quorsum Concilium Salzburgense de 1420. referendum, quod eos ipso facto excommunicatos pronuntiat, qui bona Ecclesiæ invadunt aut usurpant: C. Frisingense de 1440. C. Heribopolense de 1446. & Synodus Pataviensis 1470. Frisingensis de 1480. Aichstadiensis 1484. Synodus Salzburgensis 1490. Bambergensis 1491. & Suercorenensis 1492. referenda sunt, in quibus plurima circa temporalia Ecclesiarum statuta reperiuntur. (**)

§. XV.

¶ Sæculi XVI.

Relicto ac absoluto Sæculo XV. ad XVI. transeamus: sed Concilia provincialia hujus Sæculi omnia recenfere nimis longum, ac pa-rum utile videtur, cum universale Concilium hoc Sæculum exhibeat, ex quo principia in materia visitandi hoc tempore recepta optime eruere possumus. Religionis dissidio in Germania orto pax ac tranquillitas ejus quam maxime perturbantur, status igitur Imperii ut & Imperator Carolus V. ad pacem Imperio Germaniae reddendam, & dissidium componendum C. Tridentinum convocari curant, (*) quod & 1545. initium sumit. Hic præter alia & jura Episcoporum circa visitationem Ecclesiarum definita ac determinata sunt. Si omnes circa hanc materiam dispositiones C. Trid. investigemus, commode ad duo capita reduci possunt: jura ex visi-tatione subjective spectata, & jura ex visitatione objective spectata defluentia.

Jus

(*) HARZHEIM T. IV. p. 358.

(**) HARZHEIM T. V. p. 66. 195. 446. 489. 584.

(***) Concord. Nat. germ. integra T. 3. p. 238. seqq.

A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T

Jus visitationis Ecclesiæ subjective spectatum Sess. 22. C. VIII.
de reform. Episcopis competit in omnes Ecclesiæ, omniaque pia
corpora suæ diœceeos nulla exemptione, nulla consuetudine in con-
trarium attenta: "Episcopi habeant jus visitandi hospitalia, colle-
gia quæcumque ac confraternitates, pia loca omnia quomodocun-
que nuncupentur, etiam si prædictorum locorum cura ad Laicos
pertineat, atque eadem pia loca exemptionis privilegio munita sint,
ac omnia, quæ ad Dei cultum instituta sunt, ipsi ex officio juxta
sanctorum canonum statuta cognoscant, & exequantur, non ob-
stantibus quacumque consuetudine etiam immemorali privilegio
aut statuto." & Sess. 24. C. III. ib. dicitur: "Metropolitani &
Episcopi propriam diœcesin per se ipsos, aut si legitime impediti
fuerint; per suum generalem Vicarium quoramvis visitare non præ-
termittant." Et ratione Cathedralium Sess. VI. C. IV. de reform.
jamum decidit: "Capitula Cathedralium & aliarum majorum Eccle-
siarum, illorumque personæ, nullis exemptionibus, consuetudini-
bus, sententiis, juramentis & concordiis se tueri possint, quo mi-
nus a suis Episcopis, & aliis majoribus Prælatis juxta canonicas
sanctiones toties, quoties opus fuerit, visitari, corrigi & emen-
dari possint & valeant." Quoad jura visitationis objective spectata
C. Trident. temporalia cuiuscunq; Ecclesia tanquam alterum vi-
sitationis objectum considerat, & Episcopo in visitatione Ecclesiæ
rum de iis curandi, obligationem injungit, & Sess. 22. C. IX. de Reform.
quoscunq; administratores fabricæ hortatur, ut singulis
annis rationem gestæ administrationis reddant: "administratores
tam ecclesiastici, quam laice fabricæ cuiusvis Ecclesiæ etiam Ca-
thedralis, hospitalis, confraternitatis singulis annis teneantur red-
dere rationem administrationis ordinario, consuetudine, & privi-
legiis quibuscumque in contrariis sublati." Sic & Episcopis jus
excommunicandi, & appellationem a decretis visitationis inhibendi
Sess. 25. C. 3. & Sess. 24. C. 10. de Reform. confirmatur. "Excom-
municatio non nisi ab Episcopo decernatur, nec ad eam conceden-
dam cuiusvis saecularis magistratus autoritate adducatur, sed to-
tum hoc in ejus arbitrio & conscientia sit positum, quando ipse
pro re, loco, persona, aut tempore eas decerpendas esse judica-
verit. Nefas autem sit saeculari cuilibet magistrati prohibere Ec-
clesiæ

„elesiae judici, nequem excommunicet; aut mandare ut latam ex-
communicationem revocet, sub praetextu, quod contenta in pra-
senti decreto non sint observata, cum non ad saeculares, sed ad
„ecclesiasticos haec cognitio pertineat.“ Et Sess. 24. cit. tollitur om-
nis appellatio hisce verbis: „Episcopi, ut aptius quem regunt, po-
pulum possint in officio atque obediencia continere, in omnibus iis,
qua ad visitationem ac morum correctionem subditorum suorum
spectant, jus & potestatem habeant, ea ordinandi, moderandi, pu-
mendi, & exequendi juxta canonum sanctiones, nec in his, ubi de
visitatione, aut morum correctione agitur, exemptione, aut nulla in-
hibitio, appellatio sine querela ad Sedem apostolicam interposita
executionem eorum, qua ab his iudicata fuerint, quoque modo
impedit, aut suspendat.“ Concilio igitur Trident. juris visitandi
ambitus juxta mentem sanctorum canonum determinatur, & ad to-
tam diocesin, omnesque Ecclesias ac pia corpora tam quadam spiri-
tuale, quam temporalia extenditur, & potestas, quam maxime li-
mitata in pristina iura restituitur. Exemptiones, de quibus tollen-
dis in Concilio Constantiensis jamdum actum fuit, nunc quoque tol-
luntur; appellatio a decretis visitationis, tanquam in materia politie
ecclesiastica prohibetur, & excommunicationis usus Episcopis affe-
ritur, ac magistratui saeculari omnis desuper cognoscendi vel statuen-
di facultas denegatur.

Be

§. XVI.

FORMULA REFORMATIONIS CAROLI V.

Nequis autem dicat, dispositiones C. Trid. circa disciplinam ver-
gentes Status Imperii hand stringere, ut ipse Archiepiscopus
Sedis Moguntina declaravit, (*) perlustramus formulam Refor-
ma-

(*) Daniel Archicancellarius Imp. nomine omnium Commendono S. P. Legato receptio-
nem C. Trid. quam maxime urgenti respondit: se soita Concilli Trid. accipere in
iis, quae fidem & saecorum cultum respicerent, sine exceptione ultra aut dubitatio-
ne: in disciplina ratione esse aliqua, in quibus excipi oportent. Vid. Laderenius
presbyter congregationis oratorii continuator annalium eccl. Baronii ad annum
1566.

mationis Caroli V. in Comitiis Augustanis 1548. C. Tridentino nondum finito confectam, & evolvanus principia in materia visitationis Episcoporum stabilita, quæ cum communi Statuum consensu confecta ac promulgata fuerunt, quæque observari Imperator §. 12. R. Imp. 1548. se curaturum promittit. (*)

In premio ipsius formulae (**) crebra & diligens diocesanos visitatio tanquam præcipua munera Episcoporum pars definitur: est proprium Episcopi officium, ibi dicitur, regere Ecclesiam Dei, ad quod pertinet pascere oves ejus, cibo verbi Dei, confirmare baptizatos, Synodos celebrare, visitare suam provinciam, & lupos ab ea arcere, debet omnium ovium habere curam, sed præcipue cooperiorum, per quos regit oves, & dispicere, ut suum quisque munus fideliter in Ecclesia exequatur, opus est, ut sciat, quomodo præsist, quomodo vivant, an corrumpant gregem. Ex iis enim pendet disciplina & salus populi. Sic poterit desides ac torpentes arguere, inutiles removere, & corruptores perniciosos & scandalos etiam pletere, & in Capitulo de monasteriis pergit: quod si visitatores ad cogendos refractarios monachos non sufficiant, debent Principis opem implorare, & in Cap. de visitatione, visitationis antiquitate ac necessitate demonstrata ita continuat: a visitatione episcopalni nulla Ecclesia sit exempta, sed a Cathedrali ad Collegia, a Collegiis ad monasteria, a monasteriis ad

(*) Vid. SENKENBERG N. G. der N. A. T. 2. p. Gleichgekalt haben wir ein Vergriff einer christlichen Reformation den geistlichen Kursürsten, Fürsten und Ständen eröffnen lassen, die haben dieselbe uns zu unterthänigster Gehorsam für ihre Person angenommen, und sich deren unterwürfig gemacht, auch sich ferner erbothen, solche in ihren künftigen Synodis episcopalibus & comitis provincialibus, ihren Suffraganeis, Prälaten, Kapiteln, Canonicis und Clericen anzubringen und fürzuhalten.

(**) Ipsam formulam vid. in Diss. Mog. editam commentatio J. ecol. de formula Reform. ecol. sec. authore BRAUBURGER ad §. 12. 3. Addi potest Clariss. JUNG in origine hist. Juris factorum Commentat. II. sistematica Protestantum cum historia Ecclesie comparata Diss. II. Cap. II. §. XI. qui contra D. Brauburger dubia movit, quod hanc formulam Reformationis in supra cit. Diss. legem germ. ecol. dixerit; fateatur celo.

ad Ecclesiás parochiales transeat, in quibus præcipua sit cura Episcopo, ut primum Cleri vitia, deinde populi eradicet. Procedendum autem in inquisitione a Capitulis ad membra inferiora, a Decanis ad Canonicos, Vicarios & ministros infimos, inquirendum que in collegiis, utrum canones & regulæ obseruentur, utrum sex veretur frequenter Capitulum disciplina, an corrigan tur vitia, an reverenter & debite seruetur cultus divinus, externa, qualis est habitus, & tonsura, adficiorumque & bibliotheca status inspici debent. De prediorum, censuum & jurium conservatione inquirendum, an boni parochi munere in omnibus perfungantur, sic de ædificiis, de sacrificiis, seu custodiis, num ornamenta, vasa aurea & argentea, adficij, eensus, prædia bene conserventur, inquisitione facta, quæ recte se habent, laudabit, quæ male, castigabit & corriget." Contumaces ac pœnitentiam suscipere recu-fantes, si clerici sint, a ministerio & beneficio, aut etiam pro criminiis magnitudine excommunicet, & excommunicandi potestate Episcopis concessa ipsa formula Reformationis finitur. Si ab omni C. C. Trid. dispositiones etiam abstrahamus, eadem principia in materia Visitationis eccl. germ. in lege Imperii stabilita sunt: eadem pot-

E 2 fta 3

celeberrimus Professor, sibi esse obscurum, formula ista reformatoria in germana legi publice eccl. Specialites in Comitiis probatae robur habeat. Sed si cum celeberrimo auctore quodam dissentire liceat, Ego aliam securum sententiam, & formam vim legis eccl. publice in Germ. obtinere, cum Cl. Brauburger existimat: id quod verba R. Imp. 1543. §. 12. innuere videntur: Gleicher gestalt haben wir einen Begriff einer christlichen Reformation, den geistlichen Dienstleuten, Fürsten und Ständen auch der abwesenden Botschaft eröffnen lassen, die haben dieselbe für ihre Personen angenommen, und sich deren unterwürfig gemacht, auch sich ferner erobten, solche in ihren häuslichen Synodis episcopalis & C. C. Provino, deren Suffraganei, &c. &c. ins Werk zu richten &c. &c. contra quam acceptationem specialem ac expressam Clausula istibz generalis: donec Capitulum generale dissidijs & abusibus modum ponit; reformationi ipsi adjecta proficere hand quidquam poterit, præcipue cum C. Trid. quo ad disciplinarie per totum hanc admissum reverti abusibus ac dissidiis modum needum posuit. Sed quidam etiam h. formulam istam Reformatiopis de observantia Imp. & principiis Ecclesie Germanie taliter interim domi accepta est, tefari, ac in diocesi nostra ob speciem a Sebastiano Arcimepiscopo Moguntino factam acceptationem vim atque robur legis eccl. specialis nancisci indubitatum videtur.

stas, quæ tempore Clodovai I. ac Caroli M. ex observantia, & Capitularibus Episcopis, si diæcesin circumierint, competit, ex formula Reformationis eccl. in illis agnoscere tenemur. Omnia fere principia, quæ tota retro antiquitas exhibet, hic de novo confirmantur.

I. Necesse est integrum diæcesin visitandi inculcatum, nulla Ecclesia ab inquisitione Episcopi liberatur; sed "a Cathedrali ad Collegia, a Collegiis ad monasteria, a monasteriis ad Ecclesias parochiales, ab his ad oratoria, hospitalia, scholas & bibliothecas in visitatione transeatur." (*)

II. Carolus V. in condenda hac formula spiritu Sæculi Carolingici ductus fuisse videtur: ratus, quæcunque Deo oblata ad jus sacerdotum pertinere visitationem circa temporalia Ecclesiarum in potestatem spiritualem ac ecclesiasticam transfluit, "de prædiis, censibus ac juribus eccl. conservandis Episcopus Ecclesiam visitans inquirat."

Legi igitur Imperii scriptæ vim aperte ille princeps vel magistratus inferre videtur, qui sub prætextu temporalium, cognitio nem defuper sibi soli vindicaret, & Episcopis Germaniæ illam ex integro denegare vellit; abstrahendo, an talis in [L.L. Juris ecclesiastici universalis impingat, neene; certum ae indubitatum saltem erit, illum pot estatem sibi arrogare, quæ ex observantia antiquissima & LL. Imp. scriptis in Episcopos translata omni ævo extitit.

III. Principes sæculares ut & magistratus civiles gravissimam promerentur indignationem imperatoriam, si Episcopis in visitatione sua diæceseos adjutoriorum ferre renuerent. Imperator enim illos, sicut de missis ac comitibus sub Carolingicis vidimus, ad Episcopos in exercendis hisce juribus adjuvandos admonet. (**) Principes sæculares & magistratus civiles non patrocinentur eis, qui in clero & populo reformari detrectant, sed Episcopis & Prælatis Eccle-

(*) Quæ dispositio ad mentem Capitularium facta est, quibus sepiissime prohibetur, ne Clericos se potestate Episcopi, in cuius parochia habitat, subtrahere concitat.

(**) Vid. formula Reform. tit. de disciplina populi.

„Ecclesiæ fint auxilio, eorumque decreta fideliter exequantur, liber-
„tatem ac immunitatem ecclesiasticam Imperatorum legibus & sacris
„canonibus Episcopis, tributam ac firmatam tueantur &c.“ Id quod
in alio edito quodam speciali ejusdem Imperatoris penes Harzheim
T. VI. p. 562. repetitum legitur: statuta Synodi Colonensis pro-
vincialis executioni mundari jubet, omnesque quicunque sint, mo-
net, ne executionem ullo modo impediatur, sed Episcopos adju-
vent: “mandamus, ut ea omnia provincialis hujus C. Colonensis
„decreta in omnibus suis punctis exequamini, vosque principes &
„magistratus civiles in refrenandis & coercendis juxta eadem decre-
„ta rebellibus, Ecclesiæ Episcopis ac Prælatis, ubi ab illis re-
„quisiti fueritis, omnemque legitimum favorem, auxilium, opem
„præbeatis.”

IV. Imperator tanquam custos L. L. ab Episcopis implorari
poterit, si in exercito horum iurium vel impedianter, vel iis au-
xiliu a Principe seculari, vel magistratu civili denegetur: & sic
quoque recursus ad Imperatorem in causa denegati juris visitandi
Ecclesiæ quoad temporalia legitimus est, & minime inter illos nu-
merandus erit, quibus Imperator in Capit. nov. “Ziel und Maafs
zu setzen promittit. (*)

V. Limites curæ suæ pastoralis Episcopus non excedit, si per-
niciosum ac iniuriale Abbatem, per quem partem ovium suarum
regit, a ministerio & beneficio removeat, vel corruptorem virga
pastorali, ut ait Carolus M. plecat, i. e. excommunicatione a suo
loco dejiciat, cum haec deponendi ac excommunicandi potestas E-
piscopis ex formula Reformationis de novo confirmetur.

E 3 §. XVI.

(*) Hie illa ratio analogica addi potest: Episcopi, si inferiores obediens renuant, ad
principes seculares & magistratus civiles tanquam eorum superiores recurrere posse
runt: ergo & ad Imperatorem recurrere poterint, si cum principibus secularibus,
vel magistratu civili ipsis elegendam sit: quod Imperator etiam tacite approbare vi-
detur, cum promittat, illos Principes vel magistratus, qui protectione in Ecclesiæ
abutuntur, per suos Commissarios avocare. Vid. verba ipsius formulæ Tit. de dis-
cip. pop. in fine.

§. XVII.

b) Provincialibus speciatim

a) Moguntiae &

b) alibi habitis.

Formula reformationis in Comitiis confecta, ac a Statibus acceptata Episcopi domum revertuntur, & Concilia provincialia convocant ad id, quod Imperatori promisum fuit (§. 12. n. 2.) exemplum: reformare clerum, abusus tollere, disciplinam in spiritualibus, at & temporalibus juxta mentem Reformationis Carolinæ restituere, quilibet in cura habuit. (*) Relicta Bavaria, ubi nonnulli ex concordatis Anno 1583. cum Principe seculari initis, ipse ad visitationem temporalium concurrit, (**) relictis aliis dioecesibus ad Moguntinam transeamus, & ex Chartis visitatoriis haud adhuc editis principia, juxta quæ Archiepiscopus in visitatione processit, videamus zelumque Archiepiscoporum ad mentem Reformationis Carolinæ Clerum suum ad priorem reducendi disciplinam, admiremur.

Sebastianus ab Heussenstamm, qui hoc tempore Sedem Moguntinam tenuit, & uti Serarius Lib. V. p. 902. ex Msc. assert, optimi pastoris partes objens, cunctos sua diocesos subditos, per litteras, legationes ac visitationes ad Catholicam religionem invitare ac impellere non desistit, a Comitiis Augustanis reversus Synodus diocesanam 28. Septemb. ejusd. Anni & Anno 1549. Synodum provinciale celebravit, (***) formulam Reformationis ecclesiastica a Carolo V. in Comitiis conditam publicavit, ac ex mente reformationis nunc charfam quandam visitatoriam generalem edidit:

Nach-

(*) Vid. formulæ acceptationis in qualibet Synodo editæ. & in Diff. cit. formula Reformationis &c. congregatæ.

(**) HUNDIUS in Metrop. Salisburg. T. I. p. 64. BOEHMER lib. tit. 39. §. 41.

(***) Vid. fragmenta actorum, sive excerpta aliqua in Diff. cit. formula Reformationis eccles. &c. p. 64. 68.

Nachdem in unsern D. Länden lange Zeit in Sachen unsers heil. Glaubens sich be schwerlich Ungleichtheit erhalten, und dazwischen an allen Orten und Enden bey den Kirchen und derselben Dienern sich allerley Mängel und Gebrechen zugetragen, und darn nach die Römisch - Kaiserliche Majestät Unser altergrädigster Herr aus väterlich christlichem Eifer auf nächstgehaltenem Reichstag zu Augspurg sich mit ernstlichem Fleisse bearbeitet, auch dahin alle Stände des heiligen Reichs mit Ernst ermahnet, alle mögliche und gebürliche Weege zu suchen, und fürzunehmien, damit solche Ungleichheit der Religion aufgehoben, und die eingerissene Mängel und Gebrechen zur Beförderung gebracht werden möchten, hat hierauf der hochwürdigste Fürst und Herr SEBASTIANUS Erzbischof zu Mainz, und Kurfürst aus obliegender erzbischöflicher Amtspflicht, die geistliche Orte und Person in ihrer Kurfürstlichen Stadt Mainz, und desselbig Erzbischöftums zu visitiren, bevolen, wie folgt:

Wir SEBASTIANUS von Gottes Gnaden entbieten dem Ehrwürdig Herrn Michael Bischof zu Sidon, Unser Weybischof und Freund, auch dem Würdigen Arnold von Bucholz unsers Domstifts Scholaſter &c. &c. Unfern Gruls. Nachdem Wir dem Erzstift Mainz fürgesetzt worden, haben Wir Unsers Amtswegen bey Uns beschlossen, daß alle und jede Kirche, Klöſter und andere Gotteshäuser dermaßen geiſtlich und zeitlich regirt werden, damit nicht der allmächtige Gott deren Abgang von unfern Händen erforderne. Wann Wir aber aus vielen wichtigen Ehehaften, und unvermeidlichen, Unser und Unsers Erzstifts Geschäften der fürzunehmenden Visitation nicht persönlich abſeyn mögen; so befehlen Wir euch, und wollen, daß ihr euch folcher Visitation beladet, und ſolch in allem Ort und Enden fleißig vollbringeſt, aller und jeder Laſter, Ueberfahrung, und Excels eine fleißige Untersuchung anſtellet, auch den Prälaten und Fürſtehern, und anderer Personen, und ihr Zeugen auf bestimmte Zeit, vor euch zu erscheinen angeſetzet, und die Ungehorsame bey Pön des Banns und anderer geiſtlichen Cenſuren ſtrafen, auch ſie ſamt und ſonders mit geſchworenen Eiden dahin halten, daß ſie des Gottesdienftes halben, und mit was Maafs und Geſtalt derselben Kirchen und Klö-

Klöstern, Güter, Recht und Gerechtigkeit regiert und verwaltet, dazu die schuldigen Rhenten und andere Gefälle ausgetheilt werden, gleichermaßen auch was deren entäussert und alienirt, und wie jährlich die Rechnung beschehen, auch genugsam Bericht thut, zuletz auch die Statuta, Gewohnheit, Ordination, Brief und andere Jura über jede Kirchen, Klöster und Beneficien lautend, fleißig besichtigt, wo alsdann einige Mängel und Gebrechen erscheinen, dieselbigen Uns anzeigt. Datum quinto nonas Octobris, Anno a nativitate Domini, millesimo, quingentesimo, quadragesimo octavo.

Et Anno sequente 1549. alias decrevit visitationes, quarum prima ad Ecclesiam Collegiatam S. Petri & Alexandri Aschaffenburgi hujus tenoris directa fuit. Sebassianus, cum frustra promulgatur leges, nisi in earum subinde obseruationem, attentius invigiletur, diligensque fiat inquisitio, idcirco ecclesiasticis Statibus in primis Augustanis Comitiis gravissime placuit, ut publicata Reformatione paulo post sequatur visitatio, qua est ecclesiasticae disciplinae mortua vivificatio, itaque nos disciplinam, quam in vobis oportebat esse sacrosanctam in non paucis suis partibus violatam, corruptamque deprehendimus, idque non solum in temporalibus, verum etiam horrendum dictu in spiritualibus. Etenim divina officia vel negliguntur, vel nulla religione, nulla animi devotione peraguntur. Cæterum in temporalibus, sine quibus spiritualia ægre constare possunt ad privatum summo attento, ad publicum nulla cura, quibus omnibus & nostro officio uti tenemur, mederi volentes, vobis universis & singulis in virtute sanctæ obedientia præcipimus ac mandamus, ut contraria contrariis emendanda curetis: & in divino quidem cultu Missæ officium, horarias preces, peridoneos Cantores & Sacerdotes peragant, porro in temporalibus prædia tam urbana, quam rustica currentur, reparentur; curiae non solam visitentur, libri reddituas ac censuales publicis expensis conferantur, & novorum debitorum nomina tradantur.

Breviter omnia divina & humana, sacra & profana juxta ecclesiasticae Reformationis præscriptum, & SS. Canonum sanctiones juxta synodales & provinciales constitutiones, & Ecclesiæ vestræ sta-

statuta disponantur ac obseruentur, Capitula serio sub debito obseruentia mandamus, ut hujus Chartæ visitatoriæ exequendæ acerri-
mi sitis vindices, & *inobedientes* atque rebellis fine ullo personarum
respectu, suspensione a præsentis, & beneficiorum fructibus, aut
delicti atrocitate gravioribus pœnis, quatenus opus fit, mulctetis.
Eadem quoque principia quadam potestate Episcoporum circa tem-
poralia Ecclesiæ omnes subseqüentes Chartæ visitatoriæ sapiunt,
Archiepiscopi Moguntini temporalia Ecclesia cum spiritualibus ita
connexa credidere, ut haec fine illis subsistere haud possent, & de
uno absque altero cognosci, & inquisitio fieri nequirit. Eadem
opinatus est Archiepiscopus Reverendissimus Daniel, de quibus
Chartæ suæ visitatoriæ Anno 1559, ad Abbatiam Seligenstädensem,
& 1565, ad monasterium Erbacense directæ quemlibet inspicientem
convincunt, sic in illa de 1565, mandat, "ut præfatum monasterium
"Erbacenæ nomine suo in capite & membris visitaretur, diligen-
"terque visitatores de officiis & moribus ut & de administratione
"spiritualium, & temporalium inquirent." Sic & in Chartis vi-
sitoriis ad Ecclesiam Amöneburgensem Anno 1571, & ad Capi-
tulum equestre S. Albani Anno 1579, directis, articuli membris
Capituli ponendi, & ad spiritualia, & administrationem tempora-
lium sese extendunt. Joannes Suicardus in litteris ad Stephanum
Reverendum Episcopum Misensem, nec non Weberum Aschaf-
fenburgi Decanum Anno 1614, rescriptis, curam, ne temporalia
Ecclesiæ male administrarentur, ad præcipias muneras sui episcopali-
partes retulit: "in Archiepiscopalis dignitatibus fastigio, ait ille,
"divina providentia constituti, hoc nobis officii & curæ incumbere
"censemus, ut ad singulas Ecclesiæ oculos nostræ considerationis
"potissimum se convertat, ne vel religionis collapsæ vel rerum ec-
"lesiasticarum male administratarum ratio de manibus nostris tan-
dem requiratur."

§. XVII.

B. Chartis visitatoriis.

Necessitate ac ambitu juris visitandi diecesin convictus visitationem suam Joannes Suicardus ut & successores reverendissimi non ad Ecclesias Collegiatas tantum extendebat (a) sed & ad cathedrales

- (a) Hic aliquid de jure exigendi *procurationes*, & *juramentum* ante visitationem, commemorare, non inutile videtur. Quoad primum ex antiquissima obseruantia certum ac indubitatum constat, Episcopo visitanti competere jus a visitandis exigendi *procurationes*; cui naturale accedit principium: Qui vult *commodum*, debet ferre *incommodum*, & qui alteri servit, & de eo vivat. Ex formulis Mарculli Monachi *procurationes* jamjam Merovingorum ævo exactas fuisse, plene convincimur. Occurrit ibi Lib. I. form. I. privilegium Monasteriis datum, ubi id, quod ab iis, Episcopo ad monasterium venienti, gradum ex S. crisimate concedenti vel altaria benedicenti subministrandum sit, hoc modo determinatur: "Si ab eis, Abbe & Monachis, illuc monasterium *Episcopus* postulatus pro eorum utilitate acceferit, celebrato ac peracto divino mysterio simplicem ac sobriam benedictionem perceptam, absque ullo requisitu domum studeat habere regressum" (Schmidts Geschichtie T. I. p. 327.) Carolomannus princeps in Capitulari primo in plena Synodo 742. dato Cap. III. penes Baluzium T. I. p. 146. "Decrevimus, ait, ut unusquisque presbyter in parochia habitans ipsi Episcopo rationem reddat, & ostendat; & quandoconque jure canonico (*) Episcopus parochiam circumeat, Presbyter semper paratus sit ad suscipiendum Episcopum, cum collectione & adjutorio populi, qui ibi confirmari debet. (Baluz. l. c. Georgisch pag. 488.) quod in

(*) Ad hæc verba vid. THOMASINI T. II. P. II. Lib. 3. C. 78. n. 2. reflexio "il y a même sujet à croire, dit il, que ces deux mots, qui sont communs, & comme affectés dans ces Canons, *jure canonico*, n'y sont employés, que pour rendre ce droit de procuration incontestable par l'autorité des anciens Canons qui l'ont établi."

„in C. germ. authoritate Bonifacii 742. XI. Calendas Moji repetitum legitur peres Harzheim Tit. I. p. 48. & Cap. IV. in Capitulari Sueffionensi 744. Pippini R. & Capit. Caroli M. de 769. Cap. 8. iisdem verbis interfutum fuit. Hoc Jus Episcoporum in tyrannidem quandam jam Anno 813. degenerasse, ex Concilio Cabilonenſi II. apparet, in Can. 14. cavendum statutor, ne cum Episcopi parochias suas peragrant, quandam tyrannidem exerceant, si ejusmodi stipendia exigant; & nunc jus istud modiscatur ac restringitur, nunquam autem sublatum legitur: hinc Carolus M. in Capitulari suo de 816. Cap. 19. ait: Episcopi a nobis admoniti, ne occasione praedicandi, populis oneri sint, polliciti fuerint, se deinceps hoc ca vere velle, & eo tempore suum ministerium exequi, quo eorum profectio, quantum in illis erat, his, quibus prodeſſe possunt ac debent, non sit importuna & onerosa.“ (Baluz. T. I. p. 567. 722. 866.) Unde Episcopo numerus quinquagenarius equorum in visitatione adhibendus, & spatium unius diei pro visitatione sue parochie prescriptum fuit. Schmidt l. c. T. II p. 157. & Carolus An. 844. in Capitul. ad Tolosam Civitatem (Baluz. T. 2. p. 22.) hunc in modum procurations ut ita dicam, determinavit: “Ut unum modium frumenti, & unum modium hordei, atque unum modium vini, cum mensura, que publica & probata ac generalis sive legitima per civitatem & pagum atque vicinitatem habetur, Episcopi a presbyteris accipiant &c.“ Et eodem Capitulari Cap. IV. dicitur “ut in circuitione parochie Episcopi de cattero singulos presbiteros per singulas jacendo evntes Ecclesiolas, sive haec tenus non praedentur.“ Iterum autem, quia dominica voce datur licentia, qui Evangelium adnuntiant, ut de Evangelio vivant, presbyteri tale conjectum faciant, ut & Episcopi solatum habeant, & ipsi non gravem, quod ita nobis fieri posse videtur: videlicet, ut 4. presbyteri ad locum, ubi quintus degit, & Episcopus residet, plebes suas de quatuor partibus adducere studeant, & unusquisque eorum decem panes, & dimidium modium vini, & Frisingam de quatuor denariis & pullos duos & ova decem, & modium unum de anona ad caballos in sobsidium, benedictionis gratia præsentet Episcopo, & similiter quintus, in cuius domo Episcopus residet,

„faciat; nec amplius ab eo exigatur, nisi forte ligna & utensilia in
 „opus ministerii commonet.“ Item Cap. V. dicitur, ut semel in
 „anno Episcopi hanc circumitionem tempore congruo faciant. Et
 „si amplius ministerium suum per diocesim agere voluerint, hanc
 „tamen dispensam non amplius quam semel a presbyteris per annum
 „accipiant. “ In Concilio Mogunt. sub-Rhabano Anno 852. cele-
 brato Ludovicus R. visitanti Episcopo portionem mansiōnaticam
 „determinat. Hisce commotus Hinemarus Rhemensis in Capitulo
 „de Anno 877. Archidiaconos suos alloquitur: vos, “ ait ille, quan-
 „do rusticanas parochias commissas vel mecum, vel per vos circui-
 „tis, sicut & ego non graves sitis presbyteris in paratis querendis,
 „neque ducatis superflue vobiscum homines vestros proprios vel pro-
 „pinquos, per quos illos gravetis in cibo & potu, & fodra ad ca-
 „ballos, nec diu in mansionibus illorum presbyterorum immoremi-
 „ni, & si neccesitas evenerit, ut in aliquo loco immorari debeat,
 „sic disponite viuentia vestra per circumantes presbyteros, ut
 „nemini graves sitis, sicut nec ego sum presbyteris, per quas paro-
 „chias circumeo.“ Et in formulis promotionum episcopatum pe-
 nes Baluzium T. 2. p. 624. Coepiscopum suum Hedenulphum ad-
 monet, illique interdicit, ut sacerdotes per suam parochiam quoties
 ad confignandos infantes egressus fuerit, ultra modum gravare, mi-
 nime debeat, nec summam collationis, qua sui prædecessores, qui
 hoc bene misericorditer & sanctis constitutionibus executi sunt con-
 venienter, contenti fuerunt, excedat, & de Capellis antiquius sub-
 jectis Ecclesiis collationem exigat, sed principalis Ecclesia cum sibi
 subjectis Capellis debitam & antiquius confuetam collationem confe-
 rat.

Hæc obligatio ac jus petendi procurations transiit in librum
 sextum decretalium, ubi in Capite de Censibus, adjectis quibus-
 dam moderationibus jus ipsum agnoscitur ac robatur, & nonnisi
 modus praescribitur, quo exigi debeat. Et hæc dispositio J. Can.
 nec Concilio Lateranensi III. Can. 4. quo Episcopis tantum pro-
 hibetur, ne sumtuosas epulas quarant; nec Concilio Tridentino
 sublata est. Sessio XXIV. C. III. de Reform. hue spectare videtur:
 “Hic exposito fine visitationis prohibita omni simonia prætextu pro-
 cu-

„curationis forsitan exercenda ita statuitur: “Caveant Episcopi, ne „inutilibus sumtibus cuiquam graves sint, neve ipsi aut quisquam suorum, quidquam procurationis causa pro visitatione accipient, „exceptis tantum viualibus, quæ sibi ac suis frugaliter moderate, „que pro temporis necessitate erant ministranda. Sit tamen in op-
tione eorum, qui visitantur, si malint solvere id, quod erat ab „ipsis antea solvi certa pecunia taxata consuetum; an vero prædicta „viualia subministrare, salvo item jure conventionum.“ Hic jus & quantitas procurationum determinatur, jus ipsum eas exigendi visitatoribus non denegatur, sed potius de novo confirmatur, cum earum vice viualia fungantur, que prohibitione generali expresse excipiuntur. Interim viualia hic in sensu juridico accepta non tantum cibum & potum, alimenta naturalia, sed & civilia denotant, & sic & sumtus visitationis a visitandis ex mente legis refaciendi erunt. Quoad quantitatem procurationum, que in Concilio Tridentino Sess. cit. determinatur, non nimium erit afferere, hanc Concilii dispositionem nos in Germania plane non stringere, cum hac res ad ejusmodi disciplinæ capita pertinere videatur, que secundum Danielis Archiep. Mog. declarationem in Germania non sunt acceptata, aut certe contraria consuetudine legitime abrogata. Episcopi igitur erit, modum dicere, quo visitandi procurations, ad quas ex jure communi tenentur, praestare debeant: ejus erit pro circumstantiis quantitatatem determinare, nisi falso adstruere vellemus ea, quæ in Conciliis generalibus circa disciplinam sunt statuta, ita inviolabiliter ab Episcopis acceptanda, & observanda esse, ut nulla mutatio, aut recusatio etiam iis casibus, ubi ejusmodi decreta vel moribus, vel temporibus, vel adjunctis & utilitatibus propriæ Ecclesiæ aperte repugnant, locum habeat. Hinc & contradicatio Capitulorum vel optio a Concilio ipsis asserta vix attendenda est, nisi firmorem pro se titulum allegare poterunt. Haec dispositio Concilii, quod visitatores viualia in natura accipere teneantur, si velint visitandi, a tempore vitæ communis Canonorum mutuata videtur, quo visitatores ad monasteria Münster Canonorum pervenire, & tabula vel viualibus ab illis subministratis contenti fuerunt.“ Sed hac vivendi ratione obsoleta etiam visitatores viualia accipere non amplius tenentur, sed pro

F 3 mo-

more hujus ævi pecuniam pro mercede laborum jure exigent. Id quod Gregorius IX. jamdum sensilè videtur, cum Cap. 25. X. de censibus exactionibus & procurationibus ab isto modo subministrandi procurations recesserit, & juxta facultates Ecclesiarum eas solendas esse statuerit.

Unicum adhuc hic liceat commemorare, opinionem eorum esse falsam qui cum Cl. Bœhmero in J. can. Protest. T. 3. Tit. 39. §. 90. natales procurationum in tempora corruptæ Ecclesiæ incidere contendunt, cum ex ævo Merovingorum, ubi Ecclesia germanica vel franca vix nata & disciplina purissima fuit, eas viguisse demonstretur; ex naturali potius aquitate, cui clariss. author justitiam procurationum in sua Ecclesia vigentium superstruxit, etiam in nostra Ecclesia eas exigendi jus descendere videtur: ex eo enim principio, qui fert commodum, debet ferri incommodum, Carolomanus etiam populum, qui confirmari debeat, ad procurations subministrandas coegerit; cui adhuc & illud effatum Domini accedit, qui Evangelium annuntiant, etiam de Evangelio vivant, ad quod Carolum Calvum in suo Capitulari provocasse vidimus.

Paucis de juramento a visitandis exigi solito dicendum mihi est, ut illis responderi queat, qui Cap. 1. de censibus in sexto suffulti, illam exactionem contra jus esse clamitant, & hinc a visitandis recusari posse assertur. Sed cum quilibet res ex proximo suo fonte dijudicanda sit, ex L. L. Imp. decidendum erit, quid de dispositione hujus Capitulijuxta principia Ecclesiæ germanicæ habendum sit, & an juramentum a visitandis exigi possit, necne? Corpus J. can. enim tantum in substdium deficientibus propriis legibus receptum est, (Zalwein T. 2 q. 4. C. 1. §. 3. p. 383.) & decimales, quæ continent ejusmodi paradoxa & exodica, ut quidam mirentur, cur retineantur saltem abusivæ & obsoletæ, quum praestarent ad honorem Sedis R. ejusmodi compilationes oblivioni tradere. Ut autem de observantia exordiar, certum ac indubitatum est, per novem priora secula juramentum a visitandis exactum fuisse, id quod testatur Regino in tract. de disciplina ecclesiastica, ubi formam visitationis nobis reliquit "cum „Episcopus suam diœcesin circumire voluit, Archidiaconum premis- sit, qui convocata plebe Episcopi adventum adnuntiare debuit,

,eam-

thedrales

„eamque admonuit, ut die prefijo omnes ad synodum veniant,
 „sub comminatione excommunicationis. Episcopus adveniens plu-
 „res ex plebe post congrua allocutionem evocabat, & *Sacramento*
 „synodali de manifestandis omnibus, de quibus interrogandi essent,
 „constrinxit, hoc juramentum allocutio Episcopi de vitando perju-
 „rio, & actualis visitatio exceptit:“ id quod in fine saeculi decimi
 adhuc exactum fuisse ex actis Conventus Episcoporum & Abbatum
 ad Cenobium S. Galli Ord. S. Benedicti penes Harzheim T. 2. p.
 644. perspicuum est.

Visitationibus medio ævo raris vel seltener tumultuose factis hoc
 animadvertere licet, hanc exactiōē menti Concilii Tridentini
 haud repugnare (Sess. 6. C. 4. de Reform. in not.) & in formula Re-
 formationis ecclesiastica ab Imperatore præscriptam fuisse, ut se-
 quitur: “in locis visitandis deligantur in primis viri probi, boni no-
 „minis. & fide digni quatuor aut quinque, aut plures secundum
 „cleri & plebis multitudinem, quibus converratio cleri & populi, fa-
 „ma quoque vulgaris sit nota, qui & obstringantur *juramento* ad di-
 „cendum libere, audacter & secure, ira & odio, amore & affectio-
 „nibus pravis remotis ea, de quibus est visitator percontestatur.“
 Hanc dipositionem Caroli V. Archiepiscopi Moguntini præcipue in
 cura haberunt, & in omni Charta visitatoria jure suo a visitandis
 exigendi juramentum utebantur, sic in Charta visitatoria Ecclesie
 Amöneburgensis 1571. & Cathedralis Paderbornensis juramentum
 præscribitur, & canonici de vitando perjurio monentur. In J. P.
 O. Art. VIII. §. 1. & Capitul. Novi Art. I. §. 2. illi impingere,
 inde videntur, qui hoc jus Episcopi diœcesis visitantis ex Capit. I.
 de censibus in sexto infringere conantur. Omnes enim & singuli Ele-
 ctiores Principes Stat. Imp. R. in antiquis suis iuribus, prærogativis,
 libertate, horumque omnium possessione vi hujus transactionis ita
 stabiliti, firmatique sunt, ut a nullo unquam quoconque prætex-
 tu de facto turbari possint vel debeant.

the.

thedrales, ut & exemtas transierunt, ibique visitatores cum instru-
ctione ad mentem Reformationis Carolinæ concepta misere, ad tem-
poralium administrationem quam maxime attendentes. Licet ad
Chartam visitatoriam Anno 1609. Ecclesiæ cathedrali Paderbornensi
missam provocare. " Joannes Suicardus venerabilibus ac devotis
" sincere Nobis dilectis præposito Decano & Capitulo, totique Cle-
" ro cathedralis Ecclesiæ Paderbornensis salutem in Domino. Nos
" pro ea, quæ summo P. Vicario Christi obstricti sumus obedientia
" (*) progue pastorali cura, quam pro statu Ecclesiæ & salute
" subditorum in provincia, quam diocesi nostri gerere dehe[n]us,
" ad salutarem reformationem solerter intendentis; hanc Chartam
" visitatoriam & Reformationis articulos Deo adjuvante concepi-
" mus, vobisque insinuamus & publicamus, & sub obedientia de-
" bito ac penis infra scriptis sedulo ab omnibus & singulis observa-
" ri mandamus." (**) Sic & Joannes Philippus Anno 1655. suo Suff-
fraganeo Erfordiensi jus, ut Reverendissimus Archiepiscopus in
commissioni dicit, visitandi, i. e. cognoscendi in spiritualibus &
temporalibus per ecclesiasticas censuras, & multas coercendi, &
omnia faciendi, quæ ad reformationem obtinendam necessaria sunt,
in partibus Hassiæ, Turingiæ, Eichsfeldiæ ac Saxonie demanda-
vit.

(*) Paulus V. S. P. Joanni Suicardo commissionem visitandi hanc Ecclesiæ Cathedram
tanquam suffraganeam detulit.

(**) In hac visitatione inter alios duo articuli, qui principia Sac. Carolingici lapient,
notari merentur, puto Art. XI. & XXI. in illo enim Canonis Ecclesiæ cathedralis
venatio interdictetur, cum sic rem prohibitam exercerent, quippe Clericis venari &
canes venaticos alere sacris canonibus interdictum est. " Quod & sub Carolingicis,
Clericis sepissime prohibetur, vid. Capitulum Pippini Principis 744. Cap. 3. Capitulum
Karoli M. 769. Cap. 3. Capitulum 802. f. 19. In Art. XXI. monsuanus,
ut non amplius holofernia capitis tegmina gestent, sed bireta ex lana confecta ro-
tunda & quadrata, togis utantur longis in civitate, reliktis palladiis & gladiis, nisi
forte aliquo sint praefecturi. Vestes etiam & caligas non deferant coloratas aut militares,
ne pedes in diversis ponere videantur, Trid. Conc. Sess. 14. C. 6. unum in
divinis, alterum in carnalibus." De longa & thalari ueste Clericorum vid. adnota-
tiones ad formulam Reform. tit. de disciplina Cleri, in Diff. cit. formula Refor-
mationis ecclesiastica &c. quibus citationibus addi adhuc potest Reformationis gute
Polizey, R. A. in Augsburg 1530. tit. XVII. §. 5.

vit: imo & in ipsa monasterii Schwarzacensis historia propter per-
versam bonorum ecclesiasticorum administrationem Abbates a Mc-
tropolita depositos fuisse, exempla haud desunt, sic & in actis vi-
sitationis metropolitica dicti Monasterii de Annis 1572. & 1543. le-
gitur, Abbates Joannem Casparum, ut & Jacobum puncto dilapi-
dationis ab ordinatu episcopali depositos ad metropolitam appel-
lasse, qui innocentia Joannis Caspari plene cognita hunc absolvit,
alterum vero, Jacobum puto, ut culpabilem ad resignandum ade-
git. Recentius quoddam de 1761. exemplum depositi cujusdam
Abbatis hujus monasterii prostat: Bernardo Abbatii ex capite dilapi-
dationis a visitatione Argentoratenfi Coadjutor ponebatur, donec
ipse per viam resignationis penitus remotus fuerit. (*)

Quid idem Reverendissimus Archiepiscopus ratione Legato-
rum summi Pontificis senserit, & quam potestatem in Archidiœce-
si Moguntina exercere potuerint, optimè ex ejus mandato de 1618.
ad officialem Moguntinum ac sigilliferum elucefecit. Extractus hu-
jus mandati in Archivo asservatus hic est: "Ihr werdet erfehen
haben, aus des Päpstlichen Nuntii Schreiben, das der P. Genera-
lis Dominicanorum zur Visitation seiner Klöster kommen wird.
Dieweilen euch selbst wissend, das bey Unserem Erzift jederzeit
herkommen, das ohne wirkliche Präfenz Hilf und Beywohnung
Unserer geistlichen Officianten dergleichen ausländische Patres, sie
seyen Ordens oder Profession, welcher sie immer wollen, ad visi-
tandum vel reformandum nicht zu lassen, sondern mit Unsern als
des unmittelbaren Ordinarii verwiesen, allenthalben zu handlen,
und ihre Kommission abzulegen angewiesen zu werden pflegen.

Hierum und damit alle unweigerliche inconvenientien verhü-
tet und abgeschnitten bleiben, als hat Uns für gut und rathsam an-
gesehen, über und neben dem, was wir schon allbereit in jüngst
verwichenen Monat Aprili auf gleichmässig erfolgte Denunciation
des P. Generalis Cisterciensium, an dich Unseren Vikarium und
Sieglern zu Mainz befehlend gelangen lassen, euch folches Her-

G kon -

(*) Pro memoria an die unter ihrem allerhöchsten Oberhaupt versammelte höchste und
hohe R. Stände S. 65. 66. und die R. Religionsbegebenheiten vom Jahr 1782.
S. 494.

kommens zu dem Ende zu erinnern, damit Ihr Euch uf Ankunft erst gedachten P. Generalis Dominicanorum darnach zu richten, und, wo nicht der ganzen Visitation, doch dem Anfange und vornehmsten Actibus in unserm Namen Kraft dieses beyzuwohnen haben möget. Edictum, quod certissime ad monumenta libertatis Ecclesiae Moguntinae referendum est; hue & dispositiones Anselmi Casimiri de Anno 1631. respectu Cisterciensium in Eichsfeldia independentiam a Commissariatu prætentendum, ut & relatio 1623. facta, in Visitationsfachen des Klosters Oberilmstadt in der Wetterau spectare videtur, ubi scribitur: Auf Befehl Euer Kurf. Gnaden hab ich am abgewichenen 28ten April præposito und Conventui E. K. Gn. gnädigste Meynung nebst Dero gnädigstem Kreditiv- und Beſchreibung vorgetragen.

Darauf sich Anfangs zwar die Seniores beschweret: allegantes Capitulum de Visitationibus in libro statutorum sui Ordinis, nullam inquisitionem vel visitationem (absentibus) ordinarius quod visitatoribus admittere possent, vel citra culpam & præjudicium auferent. Doch auf Ableinung und gründlich Bericht E. K. Gn. gnädigsten Intention sich endlich in Unterthänigkeit submittiret. Sic & Joannes Philippus ad monasterium Erbacense rescripsit: Lieber Andächtiger! Uns ist äußerlich vorgekommen, ob follten die Directores des Zistercienser Ordens vorhabens seyn, in Unserem dir anbefohlenem Kloster Erbach eine Visitation vorzunehmen.

Wenn Wir nun in dem Orden die Vornehmung dergleichen neuerlichen Visitation ohne Unsfern Vorbewußt und Könſens in in Unseres Erzstifts Kloster nicht zulassen können, als ist Unser gnädigster Befehl, solche alsbald abzuweisen. Datum zu S. Martinsburg in Unserer Stadt Mainz 14. Julii 1657.

Nunc tota fere Reformationis Carolinae formula adimpleta exsuffit: Ecclesiae suffraganeæ ut & exenta visitatæ fuere, supererant adhuc Ecclesiae cathedrales; igitur Joannes Philippus admonitione papali incitatus ad Capitulum summum metropolitanum sese convertit, & visitationem in spiritualibus ut & temporalibus 1656. decernit: "Liebe Andächtige! Demnach die Päpstliche Heiligkeit aus tragender höchstrühmlicher Sorgfalt, zur Beförderung der Ehre Gottes und des geistlichen Standes, ein folgentlich der ganzen christ-

christlichkatholischen Religion, und derer Glieder und Angehörigen Aufnehmen und Wohlwesen aller Erz- und Bischöfen in Deutschland absonderlich sowohl, als sonstigen in der ganzen Christenheit wegen einer allgemeinen durchgehenden Visitation aller Stifter, Klöster, Kirchen, Pfarreyen, Schulen, Hospitalien und anderer geistlichen Fundationen solchen Befehl ergehen lassen, wie der Bey schluss vermag. Und dann Uns Kraft tragenden Erzbischöflichen Amts solchem nicht weniger als schuldigtermassen gehorsamlich nachzukommen, in alle Weege obliegen und gebühren will, gleichwie vernemmen, das allbereit auch von mehrentheils andern Erz- und Bischöfen dergleichen wirklich, oder doch dieselbe solches zu vollziehen annoch im Werke begriffen seye. Also find Wir auch dem Zufolge in Unserm Erzstift Mainz ein gleichmässiges verrichten zu lassen vorhabens, zumal aber gegen bevorstehendes Generalkapitel omnium Sanctorum bey Unserm Domstift, althie sothonne Visitation selbst vorzunehmen entschlossen, und haben euch folches hiemit zu eurer nachrichtlichen Wissenschaft und dem Ende gnädiglich verhalten wollen, damit gegen selbige Zeit ihr euch auch in Person althier nicht allein einfindet, sondern auch inzwischen von selbst mit Bestellung des obliegenden Gottesdienstes, und sonstigen solchen Anfallt und hiezu nötige Bereitschaft machen möget, auf dass man hierinn desto weniger Bemühung haben werde: und find euch beneben mit Freundschaft, Gnaden und allem Guten wohlgewogen. Mainz den 2ten Sept. 1656.

Quam visitationem revera peractam fuisse aliud in Archivo servatum re scriptum ejusdem Archiepiscopi de Anno 1658. ad Capitulum metropolitanum testatur, quo simul intentionem suam, hospitalia ad Ecclesiam metropolitanam pertinentia visitandi, aperit, eique eorum administratores eo adigere injungit, ut exactas circa administrationem temporalium rationes redderent. Liebe Andächtige! Ihr erinnert euch annoch guter Massen, wasmassen die von Iho Päpstlichen Heiligkeit auferlegte Visitation albereit bey hiesigem Unserm Domstift auch andern Stiftern und Klöstern *wirklich vorgenommen und verrichtet* worden; Weil nun unter solchen geistlichen Stiftungen auch die Hospitalien mitbegriffen sind, als gesinnen Wir an euch hiemit freundgnädiglich, den Pflegverwaltern

G 2 aufse.



auflegen zu lassen, Uns die Hospitalrechnung einzuliefern, und verbleiben &c. Mainz den 16ten gbris 1658.

§. XIX.

CAPITULATIO NOVISSIMA JOSEPHI II.

Reliquis hujus & sequentis Sæculi XVIII. visitationibus, quæ ad mentem hactenus per Imperium usitatæ observantiae institutæ fuere transmissis ad Capitulationem novissimam transeamus, qua Imperator nec non Status observantiam præstabilitam tacito confensu corroborare videntur. Expressis ibi (*) verbis afferitur: "Noch „ auch die Erz - und Bischöfe im R. wenn wider dieselbe von denen ihnen untergebenen Geist - und Weltlichen etwa geklagt werden sollte, wenn zumalen derselbe *pastorali authoritate* zu Verbesserung und Vermehrung des Gottesdienstes, auch zu Conservation und mehrer Aufnahme der Kirchen wider die ungehorsame und üble Haushalter verfahren hätte, mit monitoriis, interdictis, declarationibus censurarum übereilt oder beschwert werden möchte &c. &c."

Nisi verbis eorumque contextui vim inferre quis velit, tacitam ibi totius Imperii agnitionem præmemoratae observantiae latere, fatetur: quomodo enim Status Imperatori proponere potuissent, ut se se impeditur sponderet, ne Episcopi vel Archiepiscopi in possessione juris, quod ut cum adverfariis loquar, ipsis non competit, turbarentur, & a summo Pontifice seu Curia Romana litteris informatoriis hand decretis, mandatis gravarentur? Jus istud ex observantia Episcopis Germaniæ competere, Statibus indubium extitit; & ne querela forsan ab economo ob malam bonorum ecclesiasticorum administrationem deposito, ad summum Pontificem delata, in exercitio juris istius pastoralis impedirentur, curam tantum gesisse videntur; unde & regulam illam generalem a tribunalibus Imperii semper observandam, si lis Dominum territorialem

(*) Art. XIV. §. 2.

Iem inter & subditos (*) versatur, ad hunc casum trahere prof-
pero successu tentabant.

Hæc quoque indubia forent, nisi Episcopi Germaniæ plures
sustinerent personas, unde dubium oriri potest, annon Capitulatio-
nis verba: "Wider die Ungehorsame und üble Haushälter verfah-
ren hätte." De Episcopis tanquam Dominis territorialibus intelli-
genda sint. Sed si regulas, juxta quas diversæ ejusmodi qualitates
a se invicem discernendæ veniunt, perlustrémus, (**) qualitatis
tantum episcopalnis contemplatione sýphum istum Capitulationi in-
sertum fuisse, facilime cernitur. Pastoralis enim authoritatis men-
tio sit, & ut Episcopis illibata remaneat, statuitur; quis autem ig-
norat, illam ex principiis Catholicorum Hierarchicis superioritati
territoriali minime adhæret, sed soli qualitatæ episcopali adnexam
esse? folios Episcopos peitos esse regere Ecclesiæ Dei? licet igi-
tur verba ipsa nil expresse de jure Episcopi Germaniæ circa tem-
poralia suæ Ecclesiæ statuant, series tamen, eorumque contextus
de veritate ista quemcunque plene convincit. (***) Eadem quo-
que principia in Concluſo supremi Imperii tribunalis aulici penes
Fabri N. St. T. 19. p. 416. circa potestatem Episcopi Germ. intuitu
temporalium Ecclesiæ visitandæ, nec non in innumeris glorioſissimi
nunc quoque regentis Archiepiscopi Eleitoris immortalis FRIDERI-
CI CAROLI JOSEPHI Chartis visitatoriis deprehenduntur: qui
& de munera gravitate, ejusque ambitu (*) persuasus ad suffraga-

G 3 neutus

(*) R. Imp. nov. §. 105.

(**) Hertius de uno homine plures sustinente personas.

(***) Le Droit des gens p. Mr. Vallet Liv. 2. C. XVII. §. 270. il faut chercher quel-
le a été la pensée de Ceux, qui (traité) l'ont dressé, & l'interpréter en conséquen-
ce. Brauers Abb. sur Crft. des W. §. 3.

(****) Vid. THOMASSIN. L. cit. T. 1. P. 1. Liv. 1. Ch. XLVI. n. IX. & Ch. XLVII.
n. v. Le Dernier des pouvoirs du métropolitain, consiste dans la visite de la pro-
vince, Le Pape Boniface déclara, que selon la Constitution d'Innocent IV. l'ar-
chevêque pouvait visiter sa province, quoique les évêques ne fussent coupable
d'aucune négligence, vid. Cap. fin. de Censibus in 6to Rom. Eccl.

neatus descendere quoque dignatus, & 1778. Abbatæ Schwarzenensis Argentoratensis Episcopatus Monasterii visitationem decrevit, (*) quæ juxta principia superius ex LL. Imp. scriptis ac non scriptis ut & speciali ibi vigente observantia deducta spiritualia, nec non temporalia ejusdem monasterii investiganda ac reformanda suscepit, ad mentem Capitulationis Cœl. novissimæ virga pastorali contra Abbatem dotis sua Ecclesiæ dilapidatorem procedens, eum ut indignum depositit, & vi Art. I. §. IX. ejusdem legis Imp. fundamentalis ad summam in Imp. potestatem legislatoriam recursum sumxit, ad infringendas Cameræ Wetzlariensis sententias ac prætensiones (**) juribus Archiepiscoporum Germaniæ ex legibus

(*) Scripta præcipua in hac materia edita sunt. I. Copia des kurm. Reichsschreissen an die allgemeine Reichsversammlung 17. Janvier 1782. II. pro Memoria an die unter ihrem allerhöchsten Oberhaupt versammelte höchste und hohe Reichstände. III. Copia kurmainzischen Erlasses an das kaiserliche und Reichskammergericht 25ten Janvier 1782. IV. vorläufige Belichtung des Innhalts der von dem kaiserlichen und Reichskammergericht an S. kurfürstl. Gnaden von Mainz erlassenen Antwort. V. Kurze Belichtung des Official-Berichts des kaiserlichen und Reichskammergerichts an kaiserliche Majestät. VI. Widerleitung der in den sogenannten Nummerungen über das erzbischöflich Mainzische Rekurs pro Memoria vorkommende Stellen, als im Nachtrag zu dem altenköniglichen Unterricht in Sachen P.P. Paul Heim, und Beda Dilg ic. 1783. Vid. deutsche Staatsanzeig des Herrn Hofrat hReus. 1. 3. S. 187. 182.

(**) Illustris hujus tribunalis Imperii prætensiones in eo sunt: a) Dass die Untersuchung der klösterlichen Temporalien nicht dem Erzbischofe als Metropoliten, sondern dem f. Reichsgerichte allein gehöre. S. Official-Bericht S. 49. und Inhalt der von dem f. R. Kammergericht an S. kurfürstliche Gnaden erlassenen Antwort. S. 1. b) Dass Kurmainz bey dem circa claustralium vel disciplinaria zu publicirenden Geschölden etwas circa temporalia dieses Klosters zu verfügen, entstehen sollen, s. Recurs Prom. S. 47. S. 17. c) Dass die ohne Vorwissen des kaiserlichen Kammergerichts publicirten so vorlieg als incompetente Erzbischöfliche Distrikts-Erkenntnisse quoad spiritualia noch zur Zeit nicht zu vollziehen quoad temporalia aber null

quaestis derogantes, ad constatus ecclesiasticos a similibus judicatis
in futurum munierendos, & ad jura illa antiqua, ac libertates statuum
ecclesiasticorum¹, in quarum possessione tot Imperii sanctionibus con-
firmantur, contra supremi Imperii tribunalis conatus, in perpetuum
vindicandas.

und nichtig seien, ih. §. 50. S. 12. von der Absicht dieser neu aufgestellten Grund-
sätze s. Bedeutung des Official-Berichts S. 60. und die oben angezogene neueste
Religionsbegebenheiten von Biezen von 1783. S. 458. per totum.






THESES

EX

UNIVERSO JURE.



- 1) Genti in gentem nulla competit potestas.
- 2) Casu, quo gens genti fidem datam frangit, alteri liberum est, vel fidem eidem frangere, vel illam ad fidem fractam resarcendam compellere.
- 3) In Ecclesia necessario existit potestas ecclesiastica, sive jus sacerdotum.
- 4) Pontifex tenetur beneficia in curia vacantia intra mensem a die vacationis computandum conferre.
- 5) Episcopi Germaniae æque ac S. Pontifex resignationes in favorem recipere possunt.
- 6) Unio prolium ex solo jure germ. decidenda est.
- 7) Filiae illustrium masculo a successione avita; omissa etiam renunciatione ipso jure excluduntur.

* 9) Le-

-
- 8) Legitimatus per subsequens matrimonium in feuda succedit,
non item legitimatus per rescriptum principis.
- 9) Integrum feudum Imp. a Statu Imperii absque Imperatoris
consensu oppignerari nequit.
- 10) Omnis avtodikia in causis politicis, & religionis inter Status
Imperii regulariter prohibita est.
- 11) Cuilibet Statui Imperii competit jus fæderum inter se, &
cum exteris salva Imperii salute.
- 12) A sententia supremorum Imperii tribunalium recursus ad
comitia indistincte haud licet.
- 13) Per æqualitatem Art. V. §. 1. P. W. stabilitam æqualitas om-
nimoda, illimitata, universalis intelligi nequit.
- 14) In causis religionis protestantium processus valide decernun-
tur.
- 15) Qualitas suffragii in comitiis a personali ipsius Status muta-
tione religionis dependet.
- 16) Dominis territorialibus Catholicis in subditos protestantes ju-
risdictione ecclesiastica competit.
- 17) Jus introducendi simultaneum innoxium ad jura Statuum
Imperii referendum.
- 18) Jus eundi in partes in causis politicis haud obtinet.
- 19) Domino territoriali competit jus transplantandi subditos, qui
exercitium religionis in anno normali non habuerunt.
- 20) B. F.



-
- 20) B. F. possessor tenetur restituere fructus virtualiter extantes.
 - 21) Per pactum, ne evictio praestetur, vendor tantum liberatur a praestatione illius, quod intereat.
 - 22) Uxor ratione dotis praefertur omnibus etiam expressam hypothecam anteriorem habentibus.
 - 23) Successor singularis ex locatione antecessoris sui non tenetur, sed conductorem expellere potest.
 - 24) Illi, contra quem ex hypotheca speciali agitur, competit beneficium excussionis.
 - 25) Remedium revisionis adversus sententiam ter conformem in Camera Imp. locum habet.
 - 26) Judex Cameræ Imp. gaudet voto decisivo in casu parium.



(26) Japanese Cultural Dept. Secretary said that Ministry of Education had been invited to the opening ceremony.

(27) New building will be completed in 1955.

(28) The building will be used as a library, reading room, exhibition hall, etc.

(29) The building will be completed in 1955.

(30) W.T. Bellinger (former Minister of Education) was invited to the opening ceremony.




ULB Halle
006 398 782

3



vol 18





132

DISSE^TRATI^O

INAUGURALIS JURIDICA

DE

JURE VISITANDI ECCLESIAS

Quoad temporalia Episcopis Germaniæ
ex observantia competente

382

QUAM

UNA CUM SELECTIS EX OMNI JURE THESIBUS
EX INDULTU INCLYTÆ FACULTATIS JURIDICÆ
IN ALMA UNIVERSITATE MOGUNTINA

SINE PRÆSIDE

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS & PRIVILEGIIS
RITE CONSEQUENDIS PUBLICÆ ERUDITORUM CENSURA
SUBMITTIT

FRANCISCUS JOSEPHUS IGNATIUS DE LINDEN,
CAN. DOMICELL. AD S. S. PETRUM & ALEXANDRUM
ASCHAFEFNBURGI

AUTHOR & RESPONDENS.

DIE JANUARII MDCCCLXXXV.

CONFIRMED
UNIVERSITY HALL

MOGUNTIAE,
Ex Typographia Elect. Aul. Acad. privil. apud Joan. Joseph. Alef,
Hæred. Hæfner. 1785.